6
17-a
20

6
11 D
43

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-17, a, 20

AVREVM PRORSVS

Opuſculum de Comparationi
bus Poetarum. Quibus uitia,
ac uirtutes hominũ, actus, ha-
bituſq; pene uniuerſi exprimũ
tur. Nunc primũ elucubratũ,
et in lucem editum, de prom-
ptumq; ex Poetarum uiua
riis, Thoma Fanutio
expiſcante. Faue
operi lector,
ac uolue.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAVTVM Præterea, Principũ di-
plomatibus, ne imprimatur, uenũde
turq; uſq; gẽtium. Clementis. VII. Se
natus Veneti, Ducis Mediol. Florẽtiæ,
ac Sabaudiæ, ad quinquẽnium, ſed in
uno Ro. Pont. ad Triennium.

VNIVERSIS, et ſingulis præſentes lr̃as inſpecturis ſalutem, et Apoſtolicam benedictionem. Cum, ſicut nobis nuper dilectus filius Thomas Fanutius de Monte nouo, laycus, Senogallieñ. Dioc. lr̃arũ humanarum profeſſor exponi fecit: ipſe librum quẽdam, cui titulus eſt de Comparationibus Poetarũ, compoſuerit: Quem propediẽ impreſſoribus ſuis expenſis, excudendum tradere intendit. Vereaturq; ne poſtmodum alii ſumpto inde exemplo, illum imprimant, in ſuorum laborũ, et expenſarum detrimentũ. Nos igitur, qui lr̃atorũ commoditatibus libenter annuimus, eius in hac parte ſupplicationibus inclinati, omnibus, & ſingulis Impreſſoribus, Bibliopolis, et quibuſuis aliis, ubiuis exiſteñ. ſub excõicationis latæ ſententiæ, in Ciuitatibus uero, ac Terris, Oppidis, et locis nobis mediate, uel immediate ſubiectis, conſiſteñ. etiã ducentorum Duc. pro una Cameræ Ap̃licæ, pro reliqua uero medietatibus, ipſi Thomæ applicañ. ac amiſſionis librorum impreſſorum: Pœnis, quas cõtrafacieñ. abſq; alia declaratione eo ipſo incurrere uolumus, diſtrictius inhibemus, ne dictũ librum infra triẽnium a dat. p̃ntium cõputañ. imprimere, aut impreſſum uẽdere, abſq; ipſius Thomæ expreſſo conſenſu audeant, uel præſumãt: Quocirca Senogallieñ. et Vniuerſis, ac ſingulis Venerabilibus fratribus Archiep̃is, & Ep̃is per Statum. S.R.E. mediate, uel immediate ſubiectũ, conſtitutis, eorumq; Vicariis in ſpiritualibus generalibus per p̃ntes cõmittimus, & Mandamus, quatenus per ſe, uel alium, ſeu alios, ubi, quando, & quoties opus fuerit, dicto Thomæ in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſteñ. faciant, Præſentem noſtrã inhibitionem inuiolabilem obſeruari, & ipſum Thomã illa pacifice frui, et gaudere: Non permitteñ. eum de ſuper per quoſcunq; quomodolibet indebite moleſtari, aut impediri, contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, & alia opportuna iuris remedia appellatioñ. poſtpoſita, compeſcendo. Inuocato etiã ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis, Non obſtañ. conſtitutionibus, & ordinationibus Ap̃licis, ac prouincialibus, & municipalibus Priuilegiis, et Indultis, necnon ſtatutis, et conſuetudinibus iuramento, confirmatione Ap̃lica, uel quauis alia firmitate roboratis, Quibus omnibus, illis als in ſuo robore permanſuris, hac uice duntaxat ſp̃aliter, et exp̃ſſe derogamus, cæteriſq; contrariis quibuſcunq;. Dat. Romæ, apud ſanctum Petrũ, ſub anulo Piſcatoris, die XX. Septemb. M.D.XXXIII. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

Bloſius.

AMPLISSIMO IN CHRISTO PATRI, AC PLV-
rimum uerendo.Dño.D.Laurentio tituli ſanctæ Mariæ
Tranſtiberim.S.R.E.Præſbitero Card.Cãpegio
Thomas Fanutius Picenus.Clientulus exi-
guus ſe ſupplex cõmendat.Fœli-
citer ominatus.

PEruetuſtus olim mos fuit.Pater Ampliſſime,qui & noſtra adhuc ætate uiget,ut deſumpti in lr̃is labores,lucubrationeſq; cudendo operi adiectæ,ueluti quædam ingeniorum primitiæ magnorum uirorum tutelæ,ac nomini conſecrentur: quos ſcilicet ii, qui aliquid litteris mandarent,in Pr̃onos ſibi,& ſuarum uigiliarum aſſertores ſumpſiſſent.At hoc ipſum uidetur duplici rõne inſtitutum: partim ut,quos ederent.ingeniorum fœtus, eorum ope, ac potentia ab inuidorum morſu iam tuti per ora omnium uagarentur.partim uero,ut iidem illi,qui lr̃atorum ingenia fouiſſent:meritis et ipſi laudibus inclareſcerent, ac uirenti ſcriptorum memoria ad poſteros,uel poſt fata,ac cineres tranſirent.quis enim,etſi maximus ille ſit:et cœlo caput inſerat:uera laude non tangatur? Hinc naturalem Plinii hiſtoriam Veſpaſiano,et Vitruuii de architectura uolumen Auguſto Cæſari dicatũ legimus.Tranſeo innumera ueterum exempla,quæ paſſim occurrũt: porro hoc idem et noſtra fieri tempeſtate quis ſanæ mẽtis aut neget, aut ignoret? Quamobrem,quum et ego eorum, qui humanitatẽ profitentur:quota portio,iampridem latinorum uatum Comparationes, quæ ſane pars eorum Poematum,et ampliſſima,et pulcherrima cenſetur:Nam heroico carmini imprimis conuenit.longa indagine in certum,ac diſtinctum Opus,omnium primus redegiſſem. Eaſq; duplici adiecto indice,quo facilior lectio ſequeretur,æreis typis excuſas;,iam eſſem in uulgi manus,et Lectorũ oculos editurus.Circumſpexi, & quidem accuratius:Cui imprimis illas aſcriberem, dicarẽq; perpetuo tuẽdas,aſſerendaſq; ab oblatrãtium canina rabie: Qui, quos ipſi detrectant frigidi,ac deſides:alienos labores adunco ſuſpendunt naſo:et ueluti parum utiles percenſentes damnant,reiiciuntq;. Quid plura? Te unum delegi e tot Principum numero,qui hoc anno, huic Bononiẽſi urbi,totius fere Italiæ clariſs.Nobiliſſimæq;. Veluti maiora quædam ſidera,e tota Chriſtiana rep.affulſere.Attamen,quum meæ exiguitatis puderet.uolui pertentare,nunquid Tuæ Amplitudini,quod mente conceperam:allubeſceret. adii te igitur,ocioſum ſalutaui, quæ uellem,rogaremq;,expoſui timidus,ac pauens.dicam uno uerbo:humaniorem longe,quam ſperaram,offendi.Sum in Clientelam exceptus tantulus homuncio:pollicitiſq; inſuper auctus,& nectareo oblectatus

colloquio, mira cũ animi uoluptate diſceſſi. Vt tanto patrocinio ſuffultus, dextro pede, ac lætis auſpiciis, quod iam cœperā: opus abſoluerē. En igitur pater Ampliſſime Noſtrum Poeticarum Comparationum Opuſculum te Authore, te auſpice iam nunc editum in uulgus prodit: te tantum Patronum, ac dominum recognoſcit: tibi blanditur: tibi inq̃ acceptum refert, quicquid laudis, ac decori ſit ex uulgi lectione, ac doctorum iudicio adepturum: Verumenimuero piaculare omnino eſſet, ac nepharium: a quo tantum ſis meritorum conſecutus: nō eius humanitatem, clementiam, liberalitatem, cæteraſq; animi dotes quouis elogio, ac ſtilo apud poſteros teſtatas eſſe uelle. Quamobrem ego tuæ iam Amplitudini addictus, ſummatim e plurimis paucula, ueluti ex ingenti aceruo carpturus, Quid imprimis ſuſpiciam, admiterue e tot rebus abs te grauiter, ac prudenter geſtis; plane ignoro. Nulla enim tuæ uitæ pars, ex quo poſt tenellos annos uirum grauem profeſſus es, abſq; dignitate, et maximi alicuius facinoris decoro tranſacta eſt. Mitto ſtemmatis nobilitatem, uetuſtatem familiæ, maiorum claritatem, patriæ ſplendorem, opes tum auitas, tum abs te partas: et quod omnium eſt maximum: eximiam in ſacris dignitatem per gradus ad rubrum uſq; pileolum, et Cardineum apicem adeptam. Hæc enim omnia, etſi bona quædam, & quidem maxima a plæriſq; cenſeātur. Vera tamen bona non ſunt, nec cuiuſq; propria, ut recta docet ratio, & philoſophi fere omnes teſtantur. Dantur enim a lætiori forte, ab eademq; adimuntur. Quamq; horum tu plæraq; tibi uirtute propria, quaſi herculea claua, & inſita animi ſapientia, ac meritorum ſtipendio uendicaris. Quis enim ignorat te ab optimo parente prognatum Ioāne Campegio, Iureconſulto grauiſſimo doctiſſimoq;, totius Italiæ, uel orbis potius, ac ſupra hominum memoriam maximo, ac nulli ueterū poſt habendo in eadem diſciplina intātum profeciſſe: ut paſſim æquæuos omnes, ac ſynchronos anteires: uſq; adeo, ut a Iulio. I I. Pontifice Maximo eorum iudicum numero aſcribereris: qui uulgo rotæ appellatione uocitantur. Hinc ad ſacra promotus, Feltrinus crearis Epiſcopus, et ad Maximilianum Cæſarem ab eodem Iulio delegaris. Vt Mediolani Ducem ipſi Cæſ. cognominē, ac propinquum, iam tum exulē patriæ, ac regno reſtitueres. Qua hercle legatione quid profeceris: teſtes ſunt ſimultates inter Principes exortæ, et abs te miro ingenio, et grauiſſima oratione placatæ. Sub Leone deinde Decimo, poſt Placētinæ urbis, Regii, ac Parmæ præfecturam ad eundem Maximilianum legatus, in ſummis rerum anguſtiis ita uerſatus es, ut tanto Principi acceptiſſimus: non ſolum cum optima, ac ſecunda rerum geſtarum fama redieris: ſed purpureum etiam Galerum tibi a Leone ſponte oblatum Bononiæ ſuſceperis, Collegio .S. Cardinalium cooptatus. Hinc alias, atq; alias ruſſum legationes in Germaniam eandem, biſq; ad

Britanniæ

Britanniæ Regem,item Pannoniam,ac Boemiam deſtinatus , ea ani
mi integritate conſilio,ſapientia, grauitate,gratia obiiſti ſub Clemen
te. VII.ut grauiſſimæ,ac peſtilenti Luteranorum ſectæ,quæ inſtar hy
dræ,indies fœcundior renaſcebatur:prope ſolus reſtiteris: quum alio
qui italiam pene omnem,& ipſam Petri Nauiculam breui eſſet inua-
ſura.Et ne longius poſita,uel nimium proſequamur.Hoc ipſo anno,in
maximo illo in Turcarũ Regem apparatu a Carolo. V. Cæſ. ſucepto,
quantum diuino ingenio,torrenti facundia,maturo,ac tẽpeſtiuo con
ſilio ipſius Cæſaris conatus adiuueris,atq; in tota ea re operam naua-
ris.Idem Cæſ.ſumma,ac ſingulari ſuæ erga te beniuolentiæ ſignifica-
tione,dum in Germania eſſes:Et poſt tuum,atq; ipſius in urbem Bo-
noniam reditum miro ſpectaculo demonſtrauit. Nanq;,ut frequẽs eſt
fama:In primo Cæſaris,ac Pont.congreſſu Diui Petronii æde , quum
Imperator de more,diuinum Numen exoraturus,a regio ſolio ad Arã
maximam recto gradu contenderet:Ad te confeſtim ſolum, et in me-
dio Cardinalium cœtu aſſidentem,et oculos,et pedes deflexit , arridẽ
ti uultu,ac patulis ulnis excepturus.O rem prorſus admirãdam:ac te
ſtimonium omni laude maius.Ecquis impoſterum amplius dubitet,
quantum alios cæteros antecellas,qui Cæſaris teſtimonio fueris ſub
omnium oculis comprobatus? Ergo,ut iam metam attingam . Pater
ampliſſime,quum fere omnia ad hanc diem ſis aſſecutus , quæ ſolidã,
quantum mortalis uita hæc patitur,laudem,ac fœlicitatem pariũt, ac
gignũt.Ac pluribus ſolus legationibus,maximiſq; muneribus perfun
ctus,quam Conſulatibus Marius ille arpinas potitus ſit.Non, ut cæte
ri ſolent inſolentior es factus:Sed mira humanitate,atq; animi mode
ratione ſumma infimis temperas,maxima paruis coæquas, honores,
opes,dignitatem,amplitudinem primum ad diuinum cultum , hinc
ad mortalium omnium cõmodum refers. Vnde et factum eſt. Vt prin
cipibus maximis carus ſis,ac iocundus:Inter pares dilectus, ac uene-
randus:Ciuibus,ac familiaribus admirandus uidearis . Quid poſtre-
mo prudentiam,& caritatem in educandis,ad optimaq; promouẽdis
liberis tuis enarrem? quos ipſos ex honeſta olim copula optimæ indo
lis,& tui quam ſimillimos ſuſcepiſti : Quid in fratres , ac domeſticos
omnes pietatem predicem? quos,ut par eſt.paterno affectu foues,atq;
extollis.At ſiquis nobis obiiciat.Ampliſſime pater tibi ad ſummum re
rum ſucceſſum robuſtam pedum ualitudinem deeſſe.Quid illi ego re
ſpõdeam? niſi hoc tibi maiori eſſe ornamento,ac ueræ laudi : quam ſi
integris uiribus potireris.Hinc.n.diuini tui ingenii uires apparent ma
xime:quum tot,ac tanta,tantumq; itineris æger pedibus confeceris:
toties trans Alpes euectus,reuectuſq;.quot,quantum ue nemo tui or
dinis alius,hac,uel etiam ſuperiori ætate, quouis membrorũ robore,
et uirium firmitate ne tentarit quidem,nedũ abſoluerit. Vt illud uere

affirmare libeat:tantum te chriſtianæ reip.hac pedũ imbecillitate profuiſſe: quantum Ro.Imperio,Appius ille cæcus, qui Pyrrhum Regẽ urbe excludendum cenſuit.Plus enim ille cæcutiens uidit: quam reliqui Ciues tot obtutibus oculati.Quid,ꝙ lecticaria illa euectio ſanctiorem te,ac ſublimiorem reddit:ueluti maieſtatem neſcio quam futuri Pontificis portendat. Sed iam Epiſtolæ fines tranſgreſſi ſumus Pater ampliſſimæ.Reliquum eſt:ut et nouum hoc opus,& Authorem ea humanitate ſuſcipias,ac tuearis:ut illud a liuidis,& aliena uellicantibus tuo patrocinio tutũ,ignarũ uulgus,& tetricos cenſores nõ horreat: & ego tãto ſucceſſu ĩuitatus,ſi hũc noſtrũ laborẽ tuæ ãplitudini gratũ fuiſſe cognoro:tuis ẽt auſpiciis,alia ꝗcunq;ſim lõge maiora aggreſſurus.

Ad lectorem de operis utilitate, & de Comparatione quid ſit, et quid ab exemplo, ſimilitudine,ac parabola diſtet.

OPus de Cõparationibus Poetarũ,En tibi lector cãdide omniũ primi ꝯpegimus,excudimuſq; nocturnis,diurniſq; lucubrationibus iãpridẽ ſuſceptis.Nõ modo ut nobis ipſi conſuleremus, ſed tibi ẽt,ac pene oĩbus latinas lr̃as ꝓfitẽtibus,ſi ſuperis placet:ꝓfuturi.Attulimus gẽmas e poetaꝝ uiretis,magno labore erutas,lõga idagine cõquiſitas,nõ exiguo ingenii iudicio ſelectas.In manuq; ꝓpemodũ tua,atq; añ oculos poſitas.Ipſe ego laborẽ ſubii:ut tu quieſceres,& quaſi peracta meſſe optimã frugẽ in horreũ conderes,ac ea potireris:At inquies,quid nobis ꝓfuerit hic ipſe Cõparationũ libellus? quaſi,ſiquid in ea re Compẽdii,atq; emolumẽti deliteſceret:nõ alii,atq; alii fuerint tot ſæculis,tantoq; ingeniorũ prouẽtu laboraturi:ut poſteros adiuuarẽt.An ſit credibile in tanta rei nouitate neminẽ olim fuiſſe: qui ſtadiũ hoc decurrerit:aut oĩo nõ uiderit. Ego mi lector,quid alii facturi fuerint,non diuinabo:nec ueluti Cenſor,aut iudex pronunciabo. Cur illi ipſi,etſi doctiſſimi,huiuſmodi rei argumento abſtinuerint.Siue diuturnum,ac perpetuum laborem detrectantes:Non enim ex uno tñ,atq; altero authore hæc fuerant depromenda:Siue potius,ut quotidie uſu uenit:aliis ſtudiis intenti.Non autem quis mihi inficias eat bona ingenia indies magis noua quædam aggredi,cõminiſci, ac tãdem parere. Ante Plinium nemo naturæ opus uno uolumine,ac tãto apparatu abſoluit.Et noſtro æuo prouerbiorũ,deq; epithetis libri ſunt lucubrati, atq; in uulgus dati,qui nuſꝗ antea legebantur.Quid igitur mirũ fuerit,ſi et ego non hercle claſſicus,ſed lr̃atorum aſſecla, latinorum uatum ſum comparationes ꝑſcrutatus:& in integrum eas uolumen duplici adiecto indice,et totidem ſingularum ſcholiis adſcriptis redegi: Nõne quacunq; ætate,& ſæculis prope omnibus diuerſarum quarundam rerum prodiere inuentores? Idem ego,ut de me interim loquar,

ſi hoc bene uerterit: & aliud quiddam intentatum adhuc, ſum dextro hercule quandoq; editurus, nequis hoc me tantum in uulgato labore contētum putet. De operis uero ipſius utilitate ſat eſſe tritum illud reſpondere. Nullum eſſe librum tam malū: ex quo non boni aliquid decerpi poſſit. Verum & alia quædam, non alienum fuerit in rē ipſam afferre, ut quid de hoc ipſo negocio ſentiam, lector, non ignores. Nulla eſt humanæ uitæ pars, ſiue ad uitium, ſiue ad uirtutem referat. Nullus ordo mortalium, gradus, officiū, actus, habituſq;, et id genus alia, quæ poetica comparatione aliqua non tangantur, & ueluti quibuſdā liniamentis exprimantur, ut nō preſſius, uiuaciuſq; pictores coloribus imagines quaſi uiuentes reddāt: Quam Poetæ comparationibus uarios hominum, ac rerum uſus tanq̄ ſimulacra quædam effingāt. Quis ergo neget id perq̄ utile, ac oportunū eſſe, in quo poetæ oēs utriuſq; linguæ non uerſantur modo, ſed etiā laſciuiunt. Euoluatur homerus, Maro noſter, Lucanus, Ouidius, Papinius: & cæteri grauiores. Nōne in his crebræ comparationes occurrunt? In aliis etiam argumenti leuioris. i. qui heroica nō ſectantur. In ſunt quidem plurimæ: pauciores tamen, q; eæ ſcilicet, ſublimiori carmini aſcribantur, quod adeo uerū eſt. ut poetis ipſis ſatis non ſit eximium quicq̄, ac ſublime cōplecti, niſi id adiecta Comparatione confirment, dixerat Maro Didonē pulcherrimam in primo Aene. ſed Dianæ comparatione reddidit pulchriorē, eodem modo ex Apollinis comparatione Aeneæ formā luculētius deſignauit. Comparationes igitur, ut breuiter dicam: ſunt heroici carminis ueluti exornationes quædam, ac lumina, quibus poeticus ſtilus illuſtratur. Et ſi Comparatio ipſa dialectico etiam, & oratori, ac grāmatico, & omni deniq; ſcriptorum generi congruat, ſiquid incidat, quod ſimilitudine aliqua reddendū uideatur. Hinc tam carmine, q̄ ſoluta etiā orone Comparatio ſumitur. Nec prophanis tm̄ lr̄is, uerum etiā ſacris: Et tunc parabola potius dr̄. Alibi etiam ſimilitudo, & exemplum, quæ omnia eiuſdem eſſe familiæ teſtatur etiam Ser. in primo Aen. lib. Differunt tamen inter ſe hæc. Nam ſimilitudo eſt tanq̄ genus, quælibet cuiuſq; rei aſſimilatio, ac redditio. Cōparatio addit augumentum uoce, ut: & uētis, & fulminis ocior alis, et illud. Cādidior folio niuei Galatea liguſtri. Sed hæc grāmaticoꝝ magis eſt, poetis rara. Addit ēt ſenſu: ut quū Turnus cōparat Marti. Aeneas mōti, in. xii. Aeñ. & hæc apud poetas ē freques. Eadē tm̄ q̄ ſæpiſſime rē ꝓpoſitā exæquat, ut illud Marōis. Par leuibus uētis, uolucriq; ſimillima ſōno. Itē Ouid. in. 4. Met. exhorruit æquoris inſtar: qđ fremit, exigua cū ſummū ſtringit aura. hic ergo cōparandi modus nō auget, ſed exæquat, quo in genere maxime uerſant poetæ. ſumpta ex re ſimili cōparatione, qualis eſt: quū dux duci, aut uir ſapiēs nautæ cōparat. Exēplū aūt in hoc diſtat a cōparatione: q; ad mores potius referat. Et qđ rectum, quid improbū ſit, oñdat: ut ſi

Mulieris formam tantum, ſimilitudine referas. Cõparatio ſit. Si eandem pudicam, aut contra, quantum ue ex ea boni, aut mali ſecutũ ſit comprobes. Exemplum id erit: quo leuioris carminis authores. Elegiaci. ſ. ac ſatyrographi, et id genus, ſunt uſi. Comparatione uero parcius. Parabola autem id ſimilitudinis genus eſt, quæ nõ tã rẽ effert, q̃ rei ipſius ſenſum, quem allegoricum uocãt, ut eius uſus in ſacris præſertim lr̃is docet. Sed nos ad Comparationem redeamus. Quæ Poetarũ propria, ac peculiaris eſt: in qua cum alia, tum illud obſeruandum, ꝙ non ſemper rem totam, ſed partem interdum reddit, aut ſiquid rei accidat, ut in Comparatione Dianæ ad Didonem: in qua plura in rem non faciunt, quibus excurrit Poeta. Fit præterea in rebus tũ conſimilibus, tum diuerſis, ueluti ſi Dux duci, aut monti, uel fulmini comparetur, ut apud Maro. et Luc: de Aenea, & Caſ: Eadem præterea quibuſdam ſignis, ac particulis prænotaſ, cuiuſmodi ſunt, haud ſecus, haud aliter ut, qualis qualiter, ueluti, ſicut, tãtũ, q̃tũ, tot, quot, prius, ante, & hmõi Vt ante leues ergo paſcentur in æthere Cerui. Fiunt & ſigno amoto Comparationes per affirmationem, Vt torua leæna lupũ &c. uel p cõceſſionem incredibilium, ut in Buccol. Iungẽtur iam Gryphes equis quæ ſane duo poſtrema genera & rariora ſunt, & heroicis non admodum familiaria, differuntq; ab aliis plurimum, ſui tñ generis comparationes ſunt, ut de ultima liquet uel carmine Iuue. ex Sat. xiii. Inquit. n. Egregium, ſanctumq; uirum ſi cerno: bimembri hoc monſtrum puero, & miranti iam ſub aratro piſcibus inuentis, & fœtæ comparo mulæ. Comparo dixit, quaſi comparationem eſſe id loquendi genus demõſtraret. Porro Comparatio neceſſaria eſt, & interloquendum frequens, ut raro quis quicq̃ pronunciet, cui eam non inſerat. Laudaturi enim cuiuſpiam celeritatem, Ceruo ſæpiſſime comparamus, Clemẽtiam Cæſari, truculentiam Neroni. Vlyſſi aſtutiam, prudentiam ſerpenti, magnanimitatem Leoni. Quales in ſacris lr̃is locutiones ſunt frequentiſſimæ, præſertim in Canticis Solomonis. Sed quid tã multa in re, tam uulgata, ac nota? Cum ea hominum cõſuetudo ſit, is uſus. Vt quottidiano ſermone tribus quibuſque uerbis comparationes admiſceant: nec ſine his quicq̃ ſatis expreſſum putent, ut non uerear affirmare: Comparationes imprimis poeticas crebriorẽ, uenuſtiorẽq; loquendi uſum in afferendis, ſignificandiſq; rebus præſtare, q̃ aut prouerbia, de quibus late Eraſmus, aut ſententias authorum, a pleriſq; in iuſtum uolumen coactas. Ex his ſatis liquere arbitror erudite lector, Comparatio q̃ poetica ſit, q̃ in ſermone frequens, q̃ non ſolum utilis, ſed & neceſſaria: ſiue auctores interpreteris: aut tibi tm̃ euoluas, dum ad unam quampiam alias eiuſdem ſententiæ plures referre poſſis. Siue aliquid ingenio cudas, Latinum. ſ. carmen, aut etiam uernaculum rythmum: in quo aliquid comparare neceſſe ſit. Siue tandem in cœtu

ſodalium

ſodalium ſimul, ut ſit, colloquentiū, quippiam forte oculis occurrat, quod ſerio, aut ioco referre quis uelit, puta deambulantis Matronæ formam, aut grauitatem, Currentis militis habitum, impetum, celeritatem: En dicto citius noſtrum hoc Opuſculū ſuppeditabit, quod ſtatim in eam ſentētiam cōmode, ac facile ſis deprompturus. Quare mi lector tuum iudicium ſit, quantum in his Comparationibus undecūq; exceptis profecerim, quantūue nobis tu ipſe, modo candidus, ob adeptum inquirendi laborem, et merces tam longe aduectas, te, atq; animo debeas percenſere. Ego uero hic loquendi finem faciā, ne nō tam me operoſi huius, ac noui libelli laudatorem, q̃ oſtētatorem appelles. Illud tantum adiiciam mi lector, tua bona uenia. noſtrum hunc libellum, non magis ad loquendi, ac ſcribēdi uſum, q̃ ad morum utilitatē, et optimam uiuendi rationem pertinere. Si quis multiiugam rerū cognitionem, uariamq; ſupellectilem ſpectet, quæ interlegendum ſuppeditetur, dum ſcilicet proprii hominum, brutorum, & aliarum rerū effectus, naturæ, ac mores in his euoluendis noſcuntur, e quibus quid appetendum, fugiendumue ſit, liquido, ac ueluti in pictura proponitur. Dicet aliquis etiam uitia, & turpes affectus animo obrepere ex his cōparationibus, quæ uenereos calores oſtēdunt: huic ego quid ſubiiciam? niſi ut meminerit, exempla quæcunq; ad imitandum, aut cauēdum proponi. Virtutemq; ipſam magis ex uitiorum inſpectione clareſcere, eſſeq; in lectoris arbitrio, utrum amplecti malit. Nam, ſi prudens adſit lector, quis non Leonis magnanimitatem comparatione expreſſam imitetur? quis contra turpem quorundam libidinem, atq; inhoneſtum amorem, auaritiam, ingluuiem, leuitatem, ſæuitiam ſimilitudine uaria demonſtratam non perhorreſcat? alioqui nihil tam ſanctum, tam religioſum, quod, ſi obliquo iudicio æſtimetur: nō ſordeat, non deflectatur in malum. Iudicio igitur lectoris conſtet, non ſcribentis uitio, in quem ſenſum Comparationes detorqueat. Illud uero nos ſedulo, atq; abunde cauimus, ut nihil omnino fœdū, aut aſpernandū, & quod caſtas aures offenderet e latinis uatibus exſcriberemus, omiſſis interdum Comparationibus, quæ ſaluo pudore legi poſſe non uiderentur. Vale.

Idem ad Lectorem,

REliquum eſt: Mi lector. Vt te de duplici Indice paucis admoneam: Comparatio, ut per ſe patet, biceps eſt, & utrinq; prominens: nam & unde defluat, ac ſumatur: & quo ſe referat: habet, ſumitur uero a uariis rebus, tum a natura, tum ab arte manantibus quæ ſane omnia primo indice, colliguntur: porro eadē ſuo

ſine concluditur:in quo ſuos effectus profert,& quid in rē afferat,oſtēdit, ut in Marone,ne ab eo diſcedamus. Comparatio Dianæ ad Didonem relata,a Dea ſummitur:ut illius aut comitatum,& pompā,aut formam demōſtret,atq; hæc poſterior pars ſuo etiam Indice cōnotatur: ut in uarios uſus,& proferendi cōmoditatem trahi poſſit. Nihil eſt.n. in hominum uita , ut iam diximus,quod comparatione non reddatur:ut igitur cōmodius,faciliuſq; quis opus lectitet,euoluatq;:& cōparationum ipſarum ueluti ſuccum hauriat,nec loquendo ſolū, ſed ſcribendo,& aliquid cudendo copioſam ſibi undecunq; farraginem conuehat,ac recondat:non uno tantum indice opuſculum exornauimus: ut noſtro labore,ac induſtria haberes,lector,uarias animaliū naturas, mores,rerumq; aliarum notitiam:e quibus comparationes ſumunt, et diuerſos præterea uſus,ad quos eædem referūtur,quibus uirtutes, uitiaq; & multiplices hominū actus,habituſq; exprimunt,ut hinc quo modo uiuendum ſit:quidue pro dignitate agendum non ignoret:ſed de his ſatis,ſuperq;:hæc nanq; omnia legendo cognoſces,poſtremū id erit,ut errata non pauca,paſſim in toto opere extuberantia , grauiora alia,alia leuiora ita excuſes,ut partim feſtinationi imputanda , partim ignaris calcographis ducas,nōnulla etiā mendoſis codicibus:quos in terſcribendum pro tempore euoluimus:ea tamē in calce opuſculi impreſſa locauimus,ut ſi qua legentibus occurrēt,illinc certo ordine, tū carminū,tum ſcholioꝝ,annotationūq; emendanda ſumant. Vale.

Latini Poetæ,qui hoc Opuſculo continentur cum ſuis Comparationibus.

Virgilius.	cxlviii.	Iuuenalis	xxxi.
Lucretius.	xlv.	Perſius	iiii.
Silius.	cxii.	Ouidius	ccxlix.
Statius	cclxvii.	Propertius	xxx.
Lucanus	lxxi.	Catullus	xxx.
Valerius Flaccus	cxi.	Tibullus	ix.
Claudianus	cxiii.	Martialis	lix.
Seneca Tragicus	lxiii.	Auſonius	xxix.
Horatius	lxxx.		

¶ INDEX Prior eorum, unde Comparationes ſumuntur, nõ literarum, ſed naturali ordine, quia facilior uiſus ſit, ſubnotatus. Ea uero ſunt eiuſmodi: naturalia, & quæ ſunt ex arte. Porro naturalia, Animata, uel inanimata: animata ſeu uiuentia dii fabuloſi quicunq;: homines, bruta, inanima, cæleſtia corpora, mixta ex elemẽtis, inania, ac ficta: ut imagines, umbræ, ſomnia: ex arte ſunt. Inſtrumẽta artium quæcũq;, & hmõi. Ad hæc quæ corporibus inſunt qualitates, frigus, calor: & tempor ũ nomina, annus, uer, æſtas, & id genus: ex his omnibus, & ſiqua ſunt alia, Comparationes Poeticæ ſunt deductæ, ut infra aſcripto folioq; numero, grandiuſculis lr̃is miro ordine cõnotant.

Dii in commune. 42. T. 56. E. 62. K. 129. R.
Iuppiter. 23. L. 25. M. 30. P. 33. K. 56. E. 65. D. 69. N. O. p ſtel. Q. 77. I 81. S. pro æthere. 83. L. 129. K.
Mars. 13. V. 20. E. 30. Q. 33. K. 41. H 62. L. 66. Y. 68. Y. 73. L. S. 81. Z. 83. O. V. 100. D.
Phœbus. 1. H. 6. N. 36. M. 41. H. 43. H. 54. Q. 75. T. 80. R. 81. A. 90. Q 92. G. 117. K. M. 122. M. 128. S.
Mercurius. 34. V. 41. H. pro ſtella 64. Q.
Bacchus. 8. M. 30. T. pro uino. 33. K 56. H. 75. T. 76. Y. 82. E. 90. Q. 116 X. 117. K. 130. V.
Neptunus. 21. Q. 24. X. 39. Q. 69. N. 120. F.
Pluto. 25. F. 52. R. 132. K.
Vulcanus. 34. P.
Caſtor & Pollux. 33. K. 54. R. 75. T. 81. T. 90. Q. 94. Q. 114. O. 122. C
Hercules. 8. M. 33. K. 44. B. 48. O 51. B. 52. M. 53. B. 58. N. 69. I. 73. I. R. S. 76. D. 81. A. 83. L. 94. Q. 95. G. rogi Herculei. 119. S. 120. F.
Vertunnus. 126. Q. 132. M.
Glaucus. 48. Z. 132. X.
Palæmon. 52. O. 48. Z.
Pan. 3. F. 68. T.
Triton. 48. Z.
Charon. 53. V.
Faunus. 12. K.

Deæ.

Iuno. 56. G
Minerua. 37. A. 55. X. 56. M. 68. E. 84. Y. 120. I.
Diana. 4. V. 31. B. 37. A. 55. V. B. 56. M. 76. Z. 84. X. 117. M. Q. 125. D
Venꝰ. 31. B. 55. V. 83. V. 117. K. 123. G
Proſerpina. 56. M. 69. P.
Latona. 55. B. 58. P.
Cybele. 8. L. 40. G. 73. K.
Ceres. 53. E.
Bellona. 46. S. 62. L.
Iris. 34. M. V. 131. M.
Aurora. 34. X. 103. T. 117. L.
Thetis. 34. X. 125. B.
Io. 72. V.
Ino. 73. M.
Nymphæ. 105. C.
Galathea. 9. F.
Cloto nymph. 60.
Leucothea. 49. B.
Thalia muſa. 75. Z.

Iſidis ſimulacrum.81.B.
Furia inferna.65.K.66.V.86.V.

Hominum propria.
¶Atlas pro monte.29.G.76.D.
Prometheus.126.A.
Titius.44.R.51.G.114.L.
Tantalus.97.N.117.S.
¶Aegeon.11.Y.
Orion.12.D.31.A.65.O.
Cacus.67.F.
Typhæus.60.P.68.T.
Geryon.28.P.128.T.
Polyphemus.100.Q.

¶Hercules, ut ſupra inter deos.
Hylas.128.S.
Molorchus.127.K.
Bellorophon.132.E.
Anthæus.44.B.
Amphion.77.K.
Zethus.97.Z.
Phineus.46.X.119.O.
Endymion.73.N.
Pentheus.6.S.63.M.
Athamas.66.X.
Actæon.75.N.
Lycurgus.58.n.65.F.
Argus.120.C.
Orpheus.35.B.36.M.
Triptolemus.31.I.
Iaſon.121.Y.
Typhis.46.N.
Etheocles.121.P.
Polynices, eo.
Menæceus.100.F.
Tyreſia.119.O.
Parthenopæus.32.T.35.G.128.C.
Opheltes.32.O.
¶Pelops.76.X.118.Z.
Atreus.110.M.
Neſtor.25.C.118.C.125.F.
Peleus.31.D.110.M.
Telamon.35.E.
Meleager.119.R.132.I.
Aegeus.110.M.
Autolycus.130.G.
Theſeus.32.G.33.R.69.I.
¶Agamenon.114.O.121.T.
Menelaus.31.H.114.O.
Achilles.24.R.32.M.R.33.Z.34.O.75.T.76.X.80.P.110.E.128.S.
Phœnix.53.D.35.H.
Patroclus.114.Q.
Aiax Tela.110.T.E.118.E.
Aiax Oileus.28.V.
Vlyſſes.121.T.Y.125.F.
Thelephus.31.H.
Nireus.94.K.
Philoctetes.114.N.
Autumedon.118.E.
Calchas.118.eo.
Podalyrius, eo.
Stentor.110.D.
Achemenides.119.P.
Aeolus.50.P.74.P.
Alcinous.127.K.
Eumæus.32.X.
Irus.119.P.128.C.
Horeſtes.6.S.63.M.72.Y.
¶Alexander Rex.32.Z.
Porus.76.E.
Ganimedes.94.K.
Paris.31.D.32.R.118.Z.
Troilus.32.R.35.G.
Memnon.76.E.
Rhæſus Rex.116.E.
Aſcanius.35.G.
Acetes.36.K.

Aeneas ſyluius.132.G.
Midas.74.B.
Marſia.100.O.
Giges.94.G.
Metius.112.L.
Perillus.79.B.113.G.

Homerus.32.A.127.R.
Callimachus.112.O.
Phileta,eo.
Pindarus.122.E.
Archilochus Poe.95.B.
Hipponax,eo.
Anacreon.95.F.
Ennius.127.R.
Vergilius.118.L.127.R.129.I.
Catullus.128.X.

Horatius.129.I.
Varius,eo.
¶Numa.31.G.36.L.131.E.
Brutus.31.G.
Scipio.36.L.
Sylla.36.I.
Fabritius.77.M.
Paulus,eo.
Marius,eodem.
Pompeius.127.R.
Catulus,eo.
Decii.100.F.
Fabius.128.A.
Curius,eo.
Cæſares.132.A.
Caius Princeps.99.L.
Domitianus.99.B.
Caſſius.98.F.
Fuſius.99.I.
Balbinus.98.T.
¶Argantonius.132.B.
Menedemus.98.P.

Tityrus.1.M.
Alcon.medicus.131.L.
Artemidorus.119.P.

Nomina hominum Cõmunia Collectiua.
Vulgus.30.R.
Turba.66.T.87.E.
Exercitus.74.H.
Agminis ordinati.2.X.64.C.
Ciues.30.R.38.L.84.X.109.F.

Nomina patriæ,ac gentis.
Lydi.3.M.
Parthi.3.M
Medi.3.M.
Indi.54.O.92.G.
Scythæ.92.G.
Aegyptii.3.M.27.F.60.G.
Sauromatæ.101.H.
Agatyrſi.101.H.
Britanni.30.N.60.G.61.N.
Daci.20.A.
Cimbri.101.H.
Brittones,eo.
Geticus.129.G.
Lacon,eo.
Cretenſes.65.E.
Siculus.61.V.
Thelechines.34.P.
Biſtones.37.V.
Lapythæ.41.Q.
Veneti.60.G.
Romani.70.E.132.E.
Iudæus.127.O.

Terrigenæ.60.M.
Centauri.8.R.39.S.
Gigantes.22.X.25.M.33 C.

Aloidæ.51.E.
Ciclopes.34.P.39.S.68.Q.Z.73.L

Notati ab Arte.

Artifex.55.A.68.Z.86.S.101.B.
114.B.
Nauta.2.R.20.H.L.23.F.27.D.30.
M.36.Q.37.X.38.I.L.39.V.41.I
43.L.44.V.D.46.Y.50.N.58.L
60.G.62.F.I.67.L.68.X.71.S.T.
76.F.81.Y.82.D.84.A.89.C.102.
G.105.B.109.S.124.D.
Paſtor.3.P.4.A.24.Q.S.38.K.45.
G.48.V.50.O.65.M.86.Q.
Agricola.67.L.69.G.96.T.104.M.
Viator.3.I.12.E.65.I.99.A.111.S.E.
Piſcator.23.H.24.A.28.X.75.L.
Auriga.6.X.25.I.63.N.97.O.112.M.
Auceps.25.E.96.O.
Venator.26.T.40.C.56.K.60.L.
64.B.71.G.75.L.93.F.98.Q.
Foſſor.44.A.60.K.
Miles.3.E.32.Q.43.E.85.K.108.E.
109.S.113.C.114.Y.132.F.
Eques æneus.131.G.
Euocatus.127.O.
Præco.96.L.
Meſſor.124.X.
Cocus.126.E.
Tonſor.130.O.
Mimus.96.Y.97.G.
Poeta.126.E.
Agaſon.97.A.
Magiſter ludi.97.K.
Magiſter.126.E.
Rhetor.99.A.
Magus.126.F.
Scurta.100.C.

Notati ab officio, actu, uel habitu.

Pugnantes in mari.32.V.45.S.
Qui calcat ſerpentem.5.C.99.A.
Qui conatur in ſomnis.15.H.
Qui remigat.2.R.
Qui ſeditionem placat.4.X.
Qui oppugnat urbem.7.B.26.P.
Surgentes ex ruina.25.H.27.C.
Qui ſaucius eſt.32.Q.60.I.
Qui domat feras.53.E.
Qui periit naufragio.58.R.
Qui iactantur fluctibus.53.Z.
Qui apes reuocat.78.S.
Qui expurgatur.eo.T.
Qui uerſant in tenebris.87.F.
Qui conducunt in funere.96.M.
Qui amat.96.Q.
Qui fugit.96.R.
Auarus.97.M.
Qui hoſtes fugit.98.R.
Qui fert ſacra,ibidem.
Qui incedit per ſyluas.98.H.
Qui premitur forcipe.107.C.
Conuiua.107.G.
Qui uidit Cerbarum.eo.M.
Qui percutit marmor.109.R.
Ebrius.100.I.
Qui aſpicit ſolé.112.T.114.Z.
Qui furit.116.V.
Qui rogat ad pontem.119.P.
Qui coronam imponit.121.Q.
Hominis cadauer.130.R.
Ambulator tranſtiberinus.126.E.
Qui ſulphurata uendit.eo.
Qui uendit cicer.eo.
Cuſtos uiperarum,eo.
Pueri ſalariorum,eo.
Cynædus,eo.

Reus.127.O.
Qui petunt reſponſa.36.L.

A Statura.
Nanus.128.D.

A Conditione.
Famulus.82.K.115.P.

A Dignitate.
Rex.83.T.
Dux.121.P.
Ariopagitæ.100.R.
Sacerdos.35.X.50.M.53.D.65.C.73.
T.91.B.96.R.98.R.109.M.131.L.

Ab ætate.
Iuuenis.32.V.
Pupillus.96.Q.
Puer.46.Z.64.E.95.Y.96.Y.97.C.
I.100.Z.B.106.S.128.T.129.G.
Infans.105.L.126.E.

A Sanguine.
Pater.58.T.98.V.125.I.
Mater.25.K.58.P.78.V.94.PP.
111.X.116.T.
Filius.69.L.80.N.96.Q.
Filia.125.EE.
Frater & Soror.117.M.R.
Nepos.125.G.

Ab Amore.
Amator.96.Q.
Amica.79.Q.117.M.126.F.131.C.

Mulierum propria.
Niobe.34.X.121.X.
Erygone.53.V.
Agaue.52.P.58.N.67.G.90.K.
Climene.119.R.
Europa.94.L.
Leda.116.F.
Althea.112.Q.
Ariadna.116.A.119.B.120.L.
Amymone.116.F.
Progne.92.D.119.R.121.X.
Alcyone.119.R.
Phœbe.119.A.
Theleira.119.A.
Iſchomache.120.I.
Andromeda.119.B.
Circe.40.D.
Medæa,eo.64.F.
Semiramis.99.E.116.Z.
Helena.34.Q.64.A.116.F.
Cleopatra.99.E.
Athalanta.116.A.117.Q.
Caſſandra,116.A.
Hippodamia.119.A.
Penelope.123.N.
Laodamia.124.E.
Nauſicaa.84.Z.
Lais.38.Y.116.Z.121.N.
Sais.120.I.
Thais.121.N.
Phyrne,eo.
Leſbia.99.K.129.F.131.P.
Cynthia.99.K.
Egeria.130.Z.
Iulia.31.E.
Lauinia,eo.
Claudia,eo.
Violantilla.129.F.
Aegle.126.D.
Lycoris,eo.
Pyrrhia.96.T.

Mulierum Cōmunia.
Fœmina.9.Z.18.I.K.32.Z.35.Y.

38.M.63.E.78.C.95.T.118.G.130.
G.131.I.120.H.
Matrona.96.I.X.
Puella.117.L.125.EE.130.R.132.S.
Anicula.80.I.
Virgines.20.I.
Virgo ueſtalis.117.R.
Sibylla.36.I.61.Q.
Meretrix.128.B.
Amazones.12.V.41.M.56.L.
85.G.122.B.
Clymeneides.119.R.
Heliades.54.G.
Phætontiades.119.R.
Bacchæ
Thyades } uel furentes.6.P.23.G
41.L.54.P.58.O.71.R.73.V.80.
O.91.S.92.F.K.107.L.111.B.113.Z
115.G.L.O.122.F.
Heſperides.99.I.

Bruta quadrupedia.

Feræ, uel pecudes.10.I.22.Z.21.N.
26.Q.38.E.41.P.55.D.60.H.75.
M.90.O.113.B.E.
Elephas.61.B.97.D.128.D.
Camelopardalis.97.D.
Tigris.27.A.28.N.37.Y.40.A.44.
T.47.F.50.Q.51.D.58.I.74.D.
86.R.88.M.91.T.92.F.93.E.104.
T.105.H.120.D.
Leo.10.Q.O.11.X.B.13.Q.17.S.22.
C.23.K.26.Z.27.E.37.T.38.H.
44.T.45.I.O.46.T.47.I.K.49
H.54.T.56.O.57.E.64.D.65.H.
67.M.70.T.71.N.74.X.75.K.77.
H.79.F.80.Q.82.F.I.85.N.88.N.
90.I.93.S.E.108.D.111.P.128.E.
130.P.131.B.
Leæna.1.C.41.O.50.S.54.F.67.O.
74.D.109.T.118.A.
Pardus.61.A.
Vrſus.22.E.44.Y.51.H.62.C.
67.N.96.P.
Lupus.1.C.4.B.9.E.25.G.40.B.
48.N.49.L.51.H.54.N.56.I.67.
N.74.X.93.C.95.X.112.P.
Vulpes.127.O.
Lepus.23.I.118.Y.C.
Aper.12.C.20.D.37.D.44.Y.47.G
53.T.67.N.91.A.95.Z.104.R.111.
R.118.A.127.L.131.G.K. Apri
dens.130.X.
Porcus.80.M.99.C.
Ceruus et Cerua.5.M.77.Y.21.P.23
T.41.N.43.O.67.N.71.G.93.B.101
D.108.Y.109.H.110.Z.113.Y.131.M.
Hinulus.93.D.
Dama.111.Z.
Caprea.95.E.
Biſon.130.X.
Bos.100.Y.
Bouina pellis.70.B.
Vacca.43.S.48.S.74.X.84.F.111.B
Bucula.1.N.
Iuuencus & iuuenca.50.V.53.C.79
F.102.I.108.B.115.F.K.124.Q.
Vitulus.81.X.102.I.128.Y.
Taurus.1.C.4.Z.13.T.14.E.29.F.36
O.37.6.39.P.Y.44.Y.45.H.48.
Q.49.D.52.N.54.K.55.Z.59.X.
66.I.69.M.90.M.91.Z.92.N.98.
X.106.R.107.E.L.109.K.110.A.
120.M.127.H.
Mula.100.B.130.X.
Aſellus.98.E.
Aſella.118.F.
Equus.2.A.12.I.35.D.55.T.57.H.65.
L.72.G.76.C.80.L.94.H.113.F.
114.A.115.E.F.117.N.128.Y.
Equi cauda.97.B.
Pegaſus equus.115.E.
Hircus.127.O.128.E.129.H.
Capella.1.A.C.2.P.

Ouis

Ouis.1.M.
Agnus & Agna.95.X.E.101.D.105 Y.F.111.V.113.Y.117.X.
Canis.1.A.K.15.F.B.26.S.X.54.N 50.T.72.X.79.A.87.K.95.A.D. 101.A.102.E.113.F.128.V.
Cerbarus.70.T.
Canis pellis.128.E.
Simius.79.D.100.V.
Fiber.29.A.100.A.
Centaurus.8.R.38.F.39.S.40.Z. 41.Q.45.N.48.X.66.X.
Armentum.41.R.83.M.84.B.

Volucres

Aues, Volucres.3.A.B.O.7.G.20. K.42.Y.43.G.48.P.54.H.55.S. 56.P.57.G.67.P.70.Y.71.I.77.L. 90.H.95.S.106.Q.108.X.Z.113.E 117.T.118.Y. (H
Pulli.50.T.72.A.100.X.128.E.129.
Gryphes.1.K.
Struthiocamelus.78.H.
Phœnix.132.L.
Aquila.10.K.13.O.26.T.27.H.47. M.63.Z.98.S.104.L.Q.105.E. 131.B.
Accipiter.13.N.93.F.104.X.
Miluius.101.D.102.K.
Cignus.8.S.12.H.17.A.28.T.45.F 49.I.129.L. (89.G.
Grues.11.R.41.K.54.I.61.T.75.R
Hirundo.14 Z.
Colũba.2.O.5.G.23.I.53.A.55.C.73 O.101.D.105.F.114.X.117.X.123. F.125.H.
Pauo.85.H.
Anas.109.H.
Vultur.112.P.79.E.
Coruus.126.B.
Pica,eo.
Cornix.132.L.
Onocrotalus.131.H.
Progne.119.R.92.D.
Philomela.4.S.33.H.111.C.124.T.
Alcyone.33.H.49.A.119.R.

Inſecta.

Apes.20.K.51.Y.55.I.56.F.63.Q.75 O.81.X.94.N.117.V.118.C.128. X.132.F.
Apium examen.100.B.
Veſpæ.132.F.
Formica.97.L.117.V.
Cicada.118.Y.
Culex.129.M.
Papilio,eo.
Generatorum in Nilo.101.B.

Serpentes.23.O.27.G.30.O.37.C. 40.Y.42.V.74.D.98.S.103.Q. 107.H.131.O.
Vipera.118.A.127.O.
Serpentis cauda.105.G.
Hydra.94.O.
Phyton.42.V.
Aſpidis hoſtis.60.N.

Piſces.69.F.100.B.113.C.117.T.
Delphin.48.Y.79.E.
Balena.9.L.100.S.
Concha.113.E.118.C.128.X.
Teſtudo.79.E.
Echinus.95.Z.132.C.
Piſtrix.86.B.
Cete.24.Z.
Bellua marina.29.E.
Phyletus monſtrum.89.A.

Addenda ſuperius poſt hominẽ hominis partes.

Anima.18.F.
Meus.85.M.
Corpus naufragum.88.R.

Corpus ægrotum.132.D.
Corpus mortuum.98.Z,
Corpus tenellum.95,Y
Corporis partes.
Sanguis.55.Y.106.Z.125.C,
Penna.29.B,
Pluma,18,G,
Pili,eo.
Setæ,eo.
Membra.17,P,18,E,
Neuus,98.B,
Veſica,98,D,110,H,129,M,
Mamma,95,C,
Caput,17,O,
Pes,eo.
Crus,130,X,
Latus,eo.
Oculus,17,V,
Pupula,eo.
Corpori inſunt,
Valitudo,16,N,
Morbus,98,G,
Morbus peſtifer,74,F,
Morbus cancer,102,O,
Obiecta ſenſuum,
Color,16,I,90,R,
Sonitus,16,K,
Vox,19,Q,
Odor,16,K,17,Q,R,
Succus,17,Q,
Sapor,17,R,
Viſio,100,K,17,R,114,R,
Aeſtus,2,Z,
Frigus,2,Z,114,R,
Inanima,
Mundi origo,2,Y,
Mundi ruina,57,A,
Cœlũ,29,C,24,Y,43,N,69,N,82
E,117,L,105,Z,
Polus,72,D,75,P,91,D,92,G,
Tartara,112,H,
Stellæ & ſidera,7,C:24,Y,29,C,
43,I,N,46,P,B,58,S,63,O,70,
S,77,Q,83,N,88,O,91,C,102,H
112,H,117,T,122,A,
Sol,24,Z,29,G,43,H,90,R,104
I,V,110,D,118,D,122,Z,
Luna,7,H,29,G,32,S,34,Q,36,
N,44,Q,83,N,R,88,X,90,R,
92,E,93,A,94,G,102,L,103,B,
104,H,117,L,122,Z,
Lucifer,9,A,25,D,27,L,32,S,71,
K,88,X,90,R,102,L,114,S,
Sirius ſtella,29,H,69,Q,
Iouis ſtella,69,Q,
Mercurii ſtella,69,Q,
Canis ſtella,71,L,
Canicula,11,S,
Orion,31,A,
Cometa,20,F,66,C,71,S,84,E,
Libra ſignum,125.E.
De Elementis,
Ignis.3.D.O.14.A.24.Y.26.O.30
S.60.P.63.P.R.68.D.F.88.P.90.
M.91.C.106.T.A.118.B.119.N.
Flamma.29.D.64.D.76.B.88.T.
V.94.P.95.G.
Lumen ſolis.18.C.90.P.
Incendium.11.V.
Scintilla.105.I.
Fulgor in aqua.9.V.24.V.

De Aere,& quæ in eo.

Aer.67.L.132.O.
Vapor aereus.88.V.
Fumus.4.R.63.R.90.L.
Vapor terrenus.18.D.
Nubes,& Nubila.9.B.29.D.43.I
52.I.66.Z.73.Q.90.L.O.103.T.
121.M.
Nebula.109.V.124.T.127.O.129.m
Fulmen

Fulmen.9.Y.12.K.15.C.18.L.29.B.
D.39.O.43.I.45.L.
Fulmine ictus.51.Z.57.D.72.E.92.
N.112.K.
Fulgur.50.R,68.F.106.T.
Lampas aerea.64.I.88.V.
Tonitrua.74.I.109.I.
Nimbus, & Pluuia.3.G.O.10.L.
14.Y.31.K.33.A.43.I.K.77.N.86.
O.100.6.107.F.111.D.
Grando.3.H.10.L.43.K.47.C.
109.Q.
Nix.13.S.41.S.47.C.52.L.63.S.88
K.92.M.P.102.N.P.107.F.112.V
113.A.114.P.116.D.119.Q.120.K.
Gelu.111.D.
Pruina.76.B.103.Z.
Ventus,& aura.5.D.I.7.Y.A.10.
P.11.T.13.S.24.B.26.R.27.I.42.
C.43.G.45.M.52.I.54.M.59.B.
70.A.71.P.72.E.75.P.77.N.110.Z
L.111.D.112.S.115.D.132.T.
Turbo,& Procella.3.G.23.P.29.I.
62.G.68.V.C.88.V.
Boreas.14.X.15.C.27.I.28.R.29.
H.47.B.52.K.58.K.66.P.70.V.
84.C.
Notus.1.G.29.H.52.K.65.O.86.O
Zephyrus.59.E.
Eurus.94.P.
Africus.65.O.
Corus.88.V.
Iris uel arcus.34.M.37.Q.89.F.
85.H.105.A.

De Aqua.

Aqua.28.O.44.S.68.K.103.E.107
F.113.I.
Aqua feruens.8.O.
Aqua furens.23.N.
Aquæ fulgor.9.V.15.A.24.V.
Aquæ bulla.108.T.129.M.
Diluuium,70.D.
Oceanus.23.M.29.G.74.C.133.P
Mare.3.N.12.L.16.H.17.X.21.S.V.
22.A.24.B.25.L.29.D.H.36.S.39.
N.R.42.Z.C.44.C.45.K.49.
C.E.52.Q.57.G.59.V.Y.Z.E.61.
R.S.62.D.68.N.72.F.74.A.89.
Z.91.V.X.Y.C.92.L.93.R.97.E.
103.F.104.N.S.106.A.109.I.110.
C.L.115.N.121.M.122.D.
Mare ægeum.20.G.69.K.
Mare tyrrhenum.69.K.97.V.
Mare ſeſtiacum.134.Y.

Syrtes.69.K.
Aeſtus maris.87.B.89.G.111.T.
128.X.
Vnda.69.R.97.H.107.K.110.G.
116.C.124.V.
Fluctus.2.C.8.P.F.29.B.54.M.
74.I.86.O.
Vada.87.H.
Tempeſtas.29.D.51.X.
Naufragium.16.G.70.F.
Flumen.1.G.I.5.F.9.D.12.G.14.
A.27.I.29.L.39.N.47.E.51.F.71.
O.73.P.79.E.85.M.94.M.98.C.
103.R.
Flumen lacteum.100.B

Fluminum propria.

Mæãder.24.T.78.X.87.D.106.O.
Nilus.29.G.40.E.46.A.67.H.73.
Bragada.34.L. (P.
Padus.62.E.73.P.120.E.
Alphæus.73.P.
Hebrus.96.V.
Hipanis.120.E.
Timauus.134.D.
Torrens.22.D.29.D.39.T.74.E.
103.A.111.Q.
Riuus.1.F.111.Y.114.C.

Fons.67.R.115.C.
Fons Aponus.134.D.
Fons Nemauſus,eo.L.
Lacus.39.N.
Lauina.127.O.
Stagnum.67.K.
Palus.122.C.
Palus ſtygia.88.L.
Palus lernea.125.F.
Piſcina.127.O.131.N.
Spuma bataua.108.T.129.M.
Bulla aquæ,eo.

De terra,& quæ in ea.
Terræ uapor.18.D.
Terræ partes.39.N.
Gleba.127.N.
Puluis.60.O.98.Y.99.K.
Cinis.125.C.
Harena.86.O.113.D.122.A.
Creta.129.M.
Minium.120.K.
Bittumen.107.K.
Locus pfundus.9.X.21.R.102.H
Locus infectus.61.Y.64.H.
Spacium.21.T.61.X.112.H.
Regiones.
Plaga ſeptentrionalis.59.F.
Thracia.58.Q.
Libya,eo.
Mauritania.64.H.
Aegyptus.3.M.
Lidya,eo.77.O.
Theſſalia.64.H.85.L.
Hiſpania.64.H.
Pontus.64.H.113.H.114.R.
Campania.2.V.
Inſula.9.C.111.A.
Delos.77.O.
Lemnos.33.6.
Sicilia.51.A.70.X.
Inarime.67.E.
Iſthmus.57.B.
Portus.82.H.
Littus.1.G.27.N.44.X.51.A.
Ager.101.D.110.S.
Montes.9.C.66.Q.68.A.70.C.
Aetna.33.B.39.R.87.A.
Hybla.113.H.124.B.
Iſmarus.62.H.
Rhodope.133.Q.
Pangea.133.Q.
Pindus.109.G.
Athos.109.G.
Caucaſus.71.M.120.G.133.Q.
Tænarus.62.H.
Veſbius.67.E.
Alpes.20.C.
Iugum montis.89.E.
Scopulus.68.S.70.C.
Rupes.8.Q.11.A.42.A.48.R.56.
Cautes.108.A. (B.88.S.89.E.
Moles ſaxea.107.S.87.G.
Pila ſaxea.10.N.22.Y.
Lapis,& Saxum.14.C.46.Q.57.
F.66.R.110.M.101.G.109.Q.
114.T.118.M.130.X.
Lapillus.130.S.
Marmur.116.R.B.103.X.
Salebre.130.X.
Vallis.
Vallis phlegræa.70.X.
Tempe theſſala.85.L.
Fornax.105.L.134.Z.
Vrbes.
Babylon.114.R.
Memphis.67.H.
Piſa.58.Q.
Aedificia.
Murus.70.C.
Tectum.58.D.100.N.
Labirynthus.7.D.

BIBLIOTECA NAZ.

Amphitetrum.130.Y
Capitolium.134.C.
Curia Martis.100.R
Porticus.32.P.
Via appia.114.V
Pharos ægi.134.Z
De Arboribus
Arbores.57.C.72.C.83.S.87.G.93 A.108.P
Sylua.Nemus.35.F.42.D.44.X. 66.D.92.I.97.E.118.H.126.B.
Sepes.101.C
Cedrus.116.H
Cupreſſus.1.B.5.L.44.Y.51.C.86. T.94.R.
Lothos.127.P
Platanus.118.K
Populus.71.V.116.C.118.K
Suber.101.C
Ornus.5.H
Buſſus.11.Q.
Salix.1.D
Arundo.47.L.116.C.118.K
Laurus.19.O.76.A
Myrtus.123.H.124.R.127.N.P
Alnus.1.M.2.Q.122.D.
Teda.118.H.
Teda pro face.103.V.115.I
Hedera.104.L.123.I.
Olea.1.D.71.Q.
Pinus.35.A.94.R.124.S.
Vitis.1.E.34.T.47.H.100.N.115. gg.123.L.P.
Vlmus.34.T.47.H.115.gg.127.P.
Quercus.1.M.5.L.6.R.10.M.26.Y 44.X.49.F.124.S
Aeſculus.75.V
Ilex.94.O.
Fructices
Thus.17.T.127.N
Cinnamum.127.P
Saliunca.1.D
Myrices.1.M
Roſetum.1.D
Arborum partes
Lignum.16.L.19.P
Virga.90.M.117.N.
Frondes.86.O.103.D.112.G.118.I
Folia.7.G.96.H.113.X.115.D.H. 121.O.V
Ramale uel Ramus.101.C.
De Herbis & ſilibus
Herba.102.N.105.D.106.Y
Gramen.2.P.113.D.127.N
Seges.1.E.8.F.26.N.35.Z.38.Z.93. R.115.M.117.T
Stipula.101.C.
Ariſta.71.S.113.A.115.H
Abſynthici.113 H
Thymum.113.H
De Floribus.
Flos.10.H.12.F.45.E.77.N.89.Y G.108.V.113.A.122.B.123.K.O. 125.D.
Liliũ.13.R.33.F.71.H.104.K.107.N 117.L.120.K.127.Q.129.L.M.
Roſa.33.F.45.E.76.A.B.111.F.113. E.114.R.117.L.120.K.126.F.127. Q.129.L.M.131 D
Narciſus.1.M
Viola.76.B.107.N
Calta.114.T (123.M.
Papauer.10.H.96.K.107.N.113.E
Liguſtrum.109.X.129.L
Croccum.63.V.127.N
Nardus.127.N
Colocaſia.129.M
Partheniæ.123.M
Fructus, Terræ, Arborum & alii quicunq;.
Fructus.113.D
Vua.1.E.99.C.103.Y

Racemus.117.T.118.I
Vinea.127.N
Vinum.99.G.127.P.129.M
Eſca.127.I
Cibus.17.Z
Garum.128.E.
Pomum.99.I.103.Y.104.H.106.
M.113.A.93.Q.
Malum.1.M.124.A.127.N,
Corna.118.I.93.Q,
Poma cydonia.118.I.
Cydoniorum lanugo.130.A
Nux.107.F
Baccæ.118.C
Glans.3.H.106.M.N.
Viſcum.5.E.100.P.
Lac.53.Y.109.P.110.Y.120.K
Pix.107.K
Liquor.109.P,
Boletum.99.H
Cæra.19.V.63.S.103.Z.108.O.110
F.114.M.
Ebur.4.Y.11.Q.13.R.27.K.55.Y.65
N.185.F.104.K.117.L.129.L.
Oſtrum.55.Y.
Electrum.1.M
Gemma.11.Q.81.K.129.L
Margarita.25.K
Aurum.4.Y.
Argentum.4.Y.116.R.
Ferrũ.19.N.P.109.N.110.C.113.K.
Aes.130.Y.

Tempoꝝ nomina.

Aetas aurea.31.L.
Annus peſtilens.46.P.
Tempus nocturnum.7.F
Tempus diurnum.87.A,
Tempus hybernum.114.R.
Ver.93.Q.
Hiems,eo.
Aeſtas,eo.
Autumnus,eo.
Dies.79.E.114.R.91.C.92.E.
Lux.91.C.
Crepuſculum.116.Y.
Nox ſolſtitialis.114.R.91.C
Tenebre.91.C.

Corpora inania,ac ficta.

Vmbra.11.Z.72.B.112.R
Somnia.11.Z,
Somnus.5.I,
Sopor.1.F,
Imago nocturna.133.N,
Res monſtroſe.100.B
Res inter ſe contrariæ.79.E
Incredibiles.113.H.114.R

Quæ ſunt ex arte & hominum inſtitutis.

Inſtrumenta uaria,
Naues.2.S.3.L.27.B.28.Q.34.N.
35.Z.36.P.37.Z.42.B.43.M.46.
R.48.T.52.S.75.Q.77.P.R.80.
L.81.V.87.I.88.O.Q.102.F.104.
O.106.V.115.Q.117.I.O.123.E,
Nauicula.117.P.,
Argonauis.59.A,
Cymba.31.K,
Claſſis.75.S,
Carbaſa.19.M.43.I.63.T.

Bellica,

Tormentum bellicum.12.K.19.T
42.X.106.TT.
Machina bellica.108.C,
Clypeus.5.K.
Scutum Martis 43.P,
Haſta.85.M.106.N.107.L,
Telum.43.I,
Iaculum.85.M.
Sagitta.3.O.7.Y.15.G.26.R.29.K
B.57.F.63.Y.88.O.92.O.106.N.
V.X.

V.X.121.R.
Glans plūbea.19.R.102.M.110.E.
Funda.63.Y.104.P,
Arcus.8..V,
Tuba.64.A.66.R,
Claſſicum.61.Z,
Aries & Baliſta.108.C,

Currus.2.T.6.V.89,D.
Rota.120.D.129.X.131.H
Trochus.131.H,
Turbo ligneus.8.N.125.A,
Regula Fabri.17.B
Velū theatri.108.R.131.H.19.M,
Velum ſericum.116.G,
Aulea.103.S.

Vas.19.X,
Ahenum.63.T,
Anſa.130.X,
Poculum.16.D.131.F,

Toga.130.X.
Bardocucullus.126.C
Calceus.131.H,
Cingulum gemmatum.85.H

Armillæ.131.H
Brachæ,131,H,
Culcitræ,131,H,
Lucerna,127,O,129,M,
Teſta pro uaſe,128,E
Menſa,64,B,
Folles,133,V,
Vtris.110,H,
Vomer,114,V,
Hamus,127,I,
Retia,131,H,
Charta,34,R,
Bractea,129,M,

Lyra,81,V,
Fiſtula,106,P,
Simphonia,96,K,

Ludi,130,V,
Trieterica ſacra,132,X,
Sortes,91,X,
Hara,125,H,
Rogus.119,S,

Pictura,108,Q,
Signa,109,O,

Fanutius lectori.

Indice iam preſſo. Tu qui legis iſta, priori.
Ne pigeat, quod habet, uoluere, Poſterior,
Illinc accipies, unde hæc exempla petuntur.
Hinc eadem quonam fine uoluta cadant.
Tu collaturus ſi quicq̄ es: collige utrunq;
Vt uaria ex uno ſtipite poma feras,

Idem Thomas Fanutius ad Lectorem.

ADeſt iam poſterior Index, mi Lector, multo etiam opportunior. Nam prior ille materiam Comparationum cõtinet. Vnde ſumantur, hic uero earum effectus profert; quibus in uarios uſus loquendo, ac ſcribendo utamur. puta, ſiquid exprimendum ducas. nempe Comparationem formes, neceſſe eſt ex aliquo eorum: quæ priori Indice colliguntur hominũ. ſ. aut brutorum, et huiuſmodi, perſpecta illorum natura, ac moribus: ut hinc facta ſimilitudine, aliud deinde comprobes, et oſtendas. Vt, ſi fraudolentum, ac doloſum proponas, nonne uulpeculæ ſuapte natura dolis inſtructæ, eum apte, ac perbelle comparabis? Idem hoc & in cæteris conſequetur. Ergo uulpem ex priori Indice accipies. Dolus uero ſimilitudine expreſſus ad poſteriorẽ pertinebit, quæ imprimis fuit cauſa, ut ſeparatim utrunq; ſcriberemus, habes igitur hoc Indice, quicquid apud latinos poetas comparatione depictum eſt, ut et tu quoq;, ſiquid referre uoles: imitatione eorum id facere et cõmode, et expedite poſſis. Ordo uero is a nobis ſeruatus eſt, qui magis pro materiæ copia idoneus eſt uiſus. Multa præterea eadem uariis locis ſunt adnotata, ut, qui leget: id, quod quærit, non una indagine odoretur. Vale, et ama.

Ad hæc lector, materia huius Indicis, ideſt ea, ad quæ Comparationes referuntur: ſunt fere hæc ſummatim collecta: Vitia, Virtutes, Varii affectus animi, habituſq; corporei, et actus hominum: præterea nonnullæ corporis partes, & quæ homini obueniunt: ſequũtur Bruta animalia pleraq;, & quædam ſenſu carentia, tum a natura, tum ab arte profecta, inferius per capita, & deinde ſuis quæq; folíis

folijs chartarũ, ac literis cõſcripta. Sed aduertendũ eſt, Virtutes, et uitia, et alia plurima non ſuo ſemp nomine, ſed quãdoq; ſub alieno titulo adnotari, ubi ſenſu magis, q̃ uoce id quod lector, quærit: Inueniet Scholijs inſertum. Exemplum erit Maronis in uiro ſeditionem popularem placante Aeneidos. I. qua in re prudentiã ſeu pietatem ſignificari quis non uideat? ergo in hac Comparatione non tam prudentiæ nomen, q̃ ipſius deſignatur effectus. Primum uero locum Diuina Trinitas occupabit.

Diuina Trinitas.
Virtutes.
Vitia.
Habitus corporis.
Geſtus quidam.
Homo.
Corporis partes.
Quæ homini obueniunt.
Bruta.
Senſu carentia.
Arte inſtituta.

DIuinæ Trinitatis.132.A
Virtutes
Iuſtitiæ, æqualitatis.125.E
Aequitatis.131.E
Prudentiæ uarijs modis acceptæ 3.P.4.X.15.B.16.M.26.T.28.T.29.A.45.G.51.B.52.M.55.S.56.I.63.N.73.Z.92.K.87.K.89.C.
Prouidentiæ.20.H.L.61.Q.82.I.67.L.73.H.
Magnanimitatis.13.Q.
Fortitudinis bellicæ.4.B.7.A.B.9.E.10.K.11.Y.A.12.K.14.X.69.G
Temperantiæ.46.Z.52.O.83.L.92.P.
Modeſtiæ.93.E.
Conſtantiæ.33.D.82.E
Patientiæ.33.E
Audaciæ.45.H.49.H.53.Y
Grauitatis.56.H.96.I
Fidei.31.X.95.T.112.N.
Pudicitiæ.56.G.84.Y.Z
Caſtitatis.117.R
Obedientiæ.65.D.
Reuerentiæ.3.M
Excellentiæ, uel præſtãtiæ.1.F.G.H.2.V.A.3.F.10.M.13.S.28.G.56.E.100.S.108.E.109.S.118.E.L.
Excellentis Virtutis.115.E.
Concordiæ.127.P
Diligentiæ. & ſollertiæ.3.K.4.T.3.E.9.Z.
Induſtriæ.97.L.

¶Vitia

Vitii mediocris.98.B
Imprudentiæ.16.F.17.B.28.V
.96.O.R,
Temeritatis.33.E.53.X
Diſcordiæ.36.O
Contumaciæ.103.A
Iniuſtitiæ.99.B
Adulterii.123.F
Laſciuiæ,&luxus.27.F.78.Y.99.E
117.M,127.H.V.E.128.A.B
Molliciei.100.Y
Auaritiæ.74.B.97.M.N.99.F.111
N.117.S.131.O
Iræ.109.K.118.A
Impietatis.79.S
Sæuitiæ & crudelitatis.41.O.64
F.H.65.K.74.F.88.M
Inuidiæ.102.N
Doli.101.A.127.I,
Ambitionis.128.C
Aſſentationis.96.M
Negligentiæ.2.R.37.X
Segnitiei.96.Q.

¶Affectus animorum
Comparatio.

K Excitantiū malū e diuerſis partibus.

Exēp. niuiū reſolutarū. ad Adraſtū et Polyn.

Ibāt in lachrymas, ¶ ueluti quū uere reuerſo.
Biſthoniæ tepuere niues: ſubmittitur ingens
Hemus, & āguſtos Rhodope deſcēdit ī amnes.

L Lachrymarum.

Magnos ficto premit ore timores

Exēp. Herculis, ad Actheoclea.

¶ Qualis ubi implicitum Tirynthius oſſib9 ignē
Senſit, & Oetheas mēbris accedere ueſtes.
Vota incœpta tamen, libataq; thura ferebat
Durus adhuc, patiēſq; mali, mox grāde coact9
Ingemuit, uictorq; fuit per uiſcera Neſſus.

M Diſſimulātis dolorē interiorē.

Exē. Tauri, ad eūdem fratre puocante.

¶ Sic ubi regnator, poſt exulis ocia Tauri
Mugitū hoſtilē ſumma tulit aure iuuencus.
Agnouitq; minas, magna ſtat feruidus ira.
Ante gregem, ſpumiſq; aīos ardentibus offert,

N Ad pugnā ſe parantis uiſo hoſte.

Nũc pede toru⁹humũ,nũccornib⁹aera findẽs.
Horret ager,trepidæq; expectãt prælia uaccæ.

Exẽp.ſerpẽ is, ad cun/ lẽ in Creõ a.

Atq; enſem,quẽ iam dabat ira:repreſſit.
¶ Ictus ut incerto paſtoris uulnere ſerpens
Erigitur gyro,longũque e corpore toto
Virus in ore legit:paulum ſi deuius hoſtis
Torſit iter,cecidere minæ, tumefactaq; fruſtra
Colla ſedent,iraſque ſui bibit ille ueneni.

O Cohibentis irã in aliud tempus.

Exẽp.Aga/ ies, ad Io/ aſtam.

Vultuque et pectore nuda cruento,
Nõ ſexus,decoriſue memor. ¶ pẽtheia q̃lis.
Mater ad inſani ſcandebat culmina montis,
Promiſſum ſæuo caput ablatura lyæo.

P Mulieris mœſtæ, et q̃ſi furẽtis.

Exẽ. maris ontici, ad Polynicen, t Etheo/ lea.

Non uerba magis ſuadentia frangunt.
Accenſos,&c.
¶ Quã Scytha curuatis erectus fluctibus unq̃
Pontus cyaneos uetuit concurrere montes.

Q Obſtinati aĩ in pces.

Exẽ Pluto/ iis, ad Adraſtũ.

Cõuerſumq; iugo propellit Ariona, ¶ qualis
Demiſſas curru leuæ poſt præmia ſortis
Vmbrarum cuſtos,mũdiq; nouiſſimus hæres
Palluit,amiſſo ueniens in tartara cœlo.

P Pallentis.

Exẽp. pup/ iũ, ad fra/ res ab eqs adentes.

Ad terram turbatis paſſibus ambo
Præcipitãt. ¶ ut nocte rates,q̃s nubilus auſter
Implicuit,frangũt tonſas,mutantq; rudentes.
Luctatæq; diu,tenebris,hyemique,ſibique,
Sicut erant,ĩmo pariter ſedere profundo.

S Cadentiũ ſi mul in pu/ gna.

¶ Fulmineos

Exēp. aprorū, ad frēs eoſdem.

¶ Fulmineos ueluti præceps cū cōminus egit.
Ira ſues, ſtrictiſque erexit pectora ſetis.
Igne tremunt oculi, lunataqꝫ dētibus uncis
Ora ſonant, ſpectat pugnas de rupe propinqua
Venator pallens, canibuſqꝫ ſilentia ſuadet.
Sic auidi incurrunt. (.ſ. fratres Thebani.)

T Concurrētium.

Exēp. Charontis, ad Aedipodē.

¶ Qualis ſi puppe relicta
Exoſus manes, nigri ſulcator auerni.
Exeat ad ſuperos, ſoléque, & pallida turbet
Aſtra, nec ipſe diu fortis, patienſque superni
Aeris, interea longum ceſſante magiſtro
Creſcat opus, totiſque expectent ſæcula ripis.

V Deformis aſpectus in ſene.

Exēp. Erigones, ad Iſmenē Polynicis ſororem.

Iſmene collapſa ſuper lachrymiſque, comiſqꝫ.
Siccabat plāgēs. ¶ qualis marathonide ſylua
Flebilis erigone, cæſi prope funera patris
Queſtubus abſumptis triſtē iā ſoluere nodum
Cœperat, & fortes ramos moritura legebat.

X Puellæ lachrymātis.

Exēp. Leonis, ad Aedipoden.

¶ Qualis leo rupe ſub alta.
Quē uiridē quondā ſiluæ, monteſqꝫ tremebāt.
Iam piger, et longo iacet exarmatus ab æuo:
Magna tamen facies, & non adeūda ſenectus.
Et ſi demiſſas ueniat mugitus ad aures.
Erigitur, meminitqꝫ ſui: uireſqꝫ peractas
Ingemit, et campis alios regnare Leones.

Y Senis iā cōfecti adhuc tamē indignantis.

Ex Lib. XII. Theb.

Exē. iactati in mare, ad Thebanos.

Stant ueteres ante ora metus, cāpique uacantis
Horror, ut aſſiduo iactatis æquore tellus
Prima labat, &c.

Z Horrentis adhuc, exactū malū.

Exẽp.colũ-
barum, ad
eoſdem.

A
Perſiſtẽtis
in timore,
poſt pericu
lum.

Fuſaſq; putant aſſurgere turmas.
¶ Sic ubi proſpicuæ ſcandentẽ limina turris,
Idaliæ uolucres fuluum aſpexere draconem:
Intus agunt natos,& fida cubilia uallant.
Vnguibus,imbelleſq; citant ad prælia pennas.
Mox fuerit licet ille retro:tamen aera nudum
Candida turba timet,tandẽq; ingreſſa uolatus
Horret,& a mediis etiãnum reſpicit aſtris.

Exẽp.Her-
culis.adMe
næceũ mor
tuum.

B
Iacentis in
loculo.

Pacifera lauro crinem, uictiſque decorus
Accubat. ¶ haud aliter,q̃ quũ poſcẽtibꝰ aſtris
Lætus in accenſa iacuit Tirynthius Oetha.

Exẽp.iuuẽ-
carum, ad
thebanos
pp Theſea.

C
Pallentis

Atq; uno uultus pallore notati.
¶ Non ſecus afflauit molles ſi quãdo iuuencas
Tygridis hyrcanæ ieiunũ murmur,& ipſe
Auditu turbatur ager,timor oĩbus ingens.
Quę placeat:quos illa fames deſcẽdat ĩ armos

Exẽp.ſacer
dotis cybe-
lei, ad Ar-
giam.

D
Mulieris
noctu ſecu-
re uagãtis.

¶ Nocte uelut phrygia,quũ lamẽtata reſultãt
Dindyma:pinigeri rapitur Simoentis ad amnẽ
Dux ueſana chori,cuius Dea ſanguine lecto,
Ipſa dedit ferrum,& uictata fronte notauit.

Exẽp.Cere
ris,ad ean-
dem.

E
Quærentis
noctu ali-
quid accen
ſo igne.

Reficit ſpiramine feſſi
Ignis,et horrendos irrũpit turbida campos.
¶ Qualis ab ætneis accenſa lampade ſaxis
Orba ceres,magnæ uariabat imagine flãmæ.
Auſoniũ,ſiculũq; latus,ueſtigia nigri
Raptoris,uaſtõſq; legens in puluere ſulcos.

Illius

Illius inſanis ululantibus ipſe remugit
Enceladus,ruptoqꝫ uias illuminat igni:
Perſephonē ſtygii tantum tacet aula mariti.

Exēp. Leæ, ad ſororē Polyn.
Erūpit muris fremitu. ¶ quo territat agros
Virginis ira leæ,rabies cui libera tandem,
Et primus ſine matre furor.
F Puellæ libere exeuntis ſine matre.

Exē.Helia/dū ſororū Phaetōtis, ad corpus Polyn.
¶ Sic hyperionium tepido Phaetonta ſorores
Fumantē lauere Pado:uix ille ſepulchro
Conditus,et flentes ſtabant ad flumina ſiluæ.
G Lauantium cadauer.

Exēp. uolucrū, ad fœminas argiuas.
Multū & ubiqꝫ fremūt. ¶ geticę nō plura q̄rūt
Hoſpitibus tectis,trunco ſermone uolucres:
Quū duplices thalamos,et iniquū therea cla/ (mant.
H Conquerē tium mulierum.

Vix ibi ſedatis requierunt pectora curis.
Exēp. gruū ad eaſdē.
¶ Ceu primo ſuper alta grues aquilonæ fugatæ,
Quū uidere pharon,tunc æthera latius īplent,
Tunc hilari plāgore ſonant,iuuat orbe ſereno
Contempſiſſe niues, & frigora ſoluere Nilo.
I Sedati a curis animi.

Vireſqꝫ inſtaurat anhelas.
¶ Vt modo cōnubiis Taurus,ſaltuqꝫ recepto.
Exēp. Tauri, ad Theſea.
Cum poſuit pugnas,alio ſi forte remugit
Bellatore nemus,q̄q̄ ora,& colla cruento,
Imbre madēt,nouꝰarma parat,cāpūqꝫ laceſſit.
Diſſimulat gemitus,et uulnera puluere cælāt.
K Inſtaurātis nouum bellum.

¶ Qualis hyperboreos ubi nubibus inſtitit axes

Exẽp.uẽto/rũ, ad milites Theſei, ĩ thebanos.

Iuppiter, et prima tremefecit ſidera bruma.
Rumpitur Aeolia, et longã indignata quietẽ
Tollit hyems animos, uẽtoſaq; ſibilat arctos.
Tũc mõtes, undæq; fremunt, tũc prælia cæſis
Nubibus, et tonitrus, ĩſanaq; fulmina gaudẽt.
Icta gemit tellus, uirides grauis ungula cãpos
Mutat, &c. (.i. terit.

L Exercit'terrã pterẽtis, quatiẽtiſq; in itinere.

Exẽp.uẽto/rum, et fluctuũ, ad Atticos milites.

Langueſcuntq; minæ, et uirtus ſecura reſedit.
¶ Ventorũ uelut ira minor, niſi ſilua furentes
Impedit, inſanique tacent ſine littore fluctus.

M Vitiũ languentium ſine obſtaculo.

Exẽp. canũ et luporũ, ad eoſdem turbã cædẽtes.

Cætera plebeio deſæuit ſanguine uirtus.
¶ Sic iuuat exanimis, proiectaq; præda, caneſq;
Degenereſq; Lupos, magnos alit ira Leones.

N Cędis ignobilis.

Exẽp. Indorum erga Bacchũ, ad thebanas mulieres ĩ Theſea.

Gaudent matreſq;, nuruſq;
Ogygiæ, ¶ quales thyrſo bellante ſubactus
Mollia laudabat iam marcidus orgia ganges.

O Subditorũ uictore lætantium.

Exẽp. Baccharũ, ad mulieres argiuas.

Fœmineus quatit aſtra fragor, mr̃eſq; pelaſgæ
Decurrunt, ¶ quales Bacchea ad bella uocarę
Thyades amentes.

P Fœminei curſus ex lætitia.

EX ACHILLEIDE.

Exẽp. Apollinis, ad Achillem.

TRanquillæq; faces oculis, & plurima uultu
Mater ineſt, ¶ qualis Lycia uenator Apollo
Quũ redit, et ſenis permutat plectra pharetris.

Q Pulchri uultus, et oculorum.

Exẽ. Caſtoris, ad eundem.

Fumanteſq; genas; crinemq; nouatur.
¶ Fontibus eurotæ qualis uada Caſtor anhelo,
Intrat equo, feſſumq; ſui iubar excitat Aſtri.

R Lauantis ſe in fluuio.

Hæc placet,

Hæc placet,hæc timidæ tellus tutiſſima matri. S

Exép. Auis, ad Thetin.

Eligentis unũ locũ e multis.

¶ Qualis uicino uolucris iam ſedula partu,
Iãq; timẽs qua fronde domũ ſuſpendat inanẽ.
Prouidet hic uẽtos,hinc anxia cogitat ãgues,
Hinc hoĩes,tandẽ dubię placet umbra,nouiſq;
Vix ſtetit in ramis,et protinus arbor amatur.

Exép. equi ad Achillem.

T
Non parentis imperio

¶ Si quis equũ primis ſummittere tẽtat habenis.
Ille diu campis,fluuiiſque,& honore ſuperbo
Gauiſus non colla iugo,non aſpera præbet
Ora lupis dominũq; negat captiuus inire
Imperia,atque alios miratur diſcere curſus.

Exép. Veneris, et Dianæ,ad Deidamiam.

V
Formæ.

¶ Sed q̃tũ uirides pelagi Ven9 addita nymphas
Obruit,aut humeris quantũ Diana relinquit,
Naiades,effulget tanto regina decorẽ
Deidamia chori,pulchriſq; ſororibus obſtat.

Exép Palladis:ad eandem.

X
Formæ, ut ſupra.

¶ Atq; ipſi par forma deæ,ſi pectoris angues
Ponat,et exempta placetur caſſide uultus.

Exép. poculi maſſagetarum,ad Achillis colorem.

Y
Vultus uerſicoloris ex amore.

¶ Lactea maſſagetæ ueluti quũ pocula fuſcant
Sanguine puniceo,uel ebur corrũpitur oſtro.
Sic uariis manifeſta notis palletq;,rubetq;
Flamma recens.

Exép. Tauri,tenelli, ad eundẽ.

Z
Iuuenis amantis.

¶ Vt pater armenti quondam,rectorq; futurus,
Cui nondũ toto peraguntur cornua gyro:
Quũ ſociã paſtus niueã candore iuuencam
Aſpicit,ardeſcunt animi,primuſq; per ora
Spumat amor,ſpectãt hilares,optantq; magr̃i.

Inceſſum,motumq; docet,fandiq; pudorem. A

Exēp. artificis cæra diſponētis,ad Thetidē in Achillem,

Matris cōponētis filię mores, et habitum.

¶ Qualiter artificis,uicturę pollice cæræ.
Accipiunt formas:ignēq;, manūq; ſequuntur.
Talis erat diuæ natum mutantis imago.

Admoto non ceſſat cernere tactu.

Exēp. Latonæ i Dianā, ad pdictos.

B Vt ſupra.

¶ Sic ubi uirgineis Hecate laſſata pharetris.
Ad patrem,fratremq; redit.comes hæret eunti.
Mater,et ipſa humeros,exertaq; brachia uelat.
Ipſa arcum,pharetrāq; locat,ueſteſq; latentes
Deducit,ſparſoſq; ſtudet componere crines.

Hortātur,ceduntq; locū,& cōtingere gaudēt.

Exēp. colūbarū, ad ſorores in Achillem.

C Nouæ ſocietatis initæ.

¶ Qualiter idaliæ uolucres,ubi mollia frangunt
Nubila,iam longum,cœloque,domo gregatę.
Si iunxit pennas,diuerſaq; hoſpita tractu
Venit auis,cunctæ primū mirātur, & horrent.
Mox propiuſq; uolāt,ſociam iāq; aere in ipſo
Paulatim fecere ſuam,plauſuque ſecundo
Circueunt hilares,et ad alta cubilia ducunt.

In corpus,uultūque coit,et rege ſub uno

Exēp. ferarum,ad gręcos in unū coeūtes.

D Diuerſorū in unū coeūtium.

Diſpoſita eſt, ¶ ſic torua feras īdago latentes
Claudit,et admotis paulatim caſſibus arctat,
Illæ ignē,ſonitūque pauēt, diffuſaq; linquunt
Auia:miranturque ſuū decreſcere montem.
Iamque uicē ſtupuere greges,ſocioque timore
Māſueſcūt,ſimul hirt9 aper,ſimul urſa,lupuſq;
Cogitur,et captos contemnit Cerua Leones.

Cedit

Cedit turba ducũ,uincitq; haud mœſta fateř. — E Excelletiæ unius p̃ cęteris.

Exẽp. Iouis ad reliquos deos, ad Achil. et grecos duces.

¶ Sic quũ pallentes, phlegrea in caſtra coirent
Cœlicolæ, iamque Odryſiã gradiuus in haſtã
Surgeret, et Libycos tritonia tolleret angues,
Ingentẽque manu curuaret delius arcum,
Stabat anhela metu, ſolum natura tonantem
Reſpiciens, q̃s ille hyemes, tonitruſq; uocaret,
Nubilus, igniferã q̃ fulmina poſceret æthrã.

Laxantur cœtus, reſolutaque murmure læto — F Concilii ſoluti.

Exẽp. Apũ, ad græcos.

Agmina diſcedũt, ¶ quales iã nocte ꝓpinqua
E paſtu referuntur apes, uel in antra reuerti
Mellæ nouo grauidas mitis uidet hybla cater(uas.

Exẽp. Iunonis, et Iouis ad Deidamiam, et Achillem.

¶ Sic ſub m̃re Rhea, iuuenis regnator olympi.
Oſcula ſecuræ dabat inſidioſa ſorori
Frater adhuc, medii donec reuerentia ceſſit
Sanguinis, et uerſos germana expauit amores. — G Virgis notũ amorem uitantis.

Exẽp. Bacchi, ad Achillem.

¶ Talis ubi ad Thebas uultuſq; aĩoſq; demiſit
Euhius, & primo ſaciauit pectora luxu.
Serta comis, mitrãq; leuat, thyrſumq; uirentem
Armat, et hoſtiles inuaſit fortior indos. — H Grauitatis poſt iocos.

Exẽp. Iupor ũ, ad Vlyxẽ, et Diomedem.

Procedunt gemini. ¶ ceu fœdere iuncto
Hiberna ſub nocte Lupi: licet et ſua pulſet,
Natorũque fames, penitus rabiẽque, minaſque
Diſſimulãt, humileſque meãt, ne nũciet hoſtes
Cura canũ, et trepidos moneat uigilãt magros,
Sic ſegnes heroes eunt. — I Diſſimulãtium.

Exēp. Venatoris, ad Vlixem.

Totoſq; penates. K

Ceu miretur adit, ¶ uelut ille cubilia prædæ. Quærentis rem certã.
Indubitata tenens, multo legit arua moloſſo
Venator, uideat donec ſub frondibus hoſtem
Porrectum ſomno, poſitoſq; in ceſpite dentes.

Exēp. Amazonum: ad uirgines ꝑdictas Lycomedis.

Tum pater ire iubet natas, comiteſq; pudicas. L Puellarum diſcũbẽtiũ.
Natarum, ¶ ſubeunt quales Mæotide ripa.
Quũ Scythicas rapuerẽ domos, & capta getarũ
Mœnia ſuppoſitis epulãtur Amazones armis.

Exēp. dearũ, ad Deidamiam: et Achillem.

Nitent ante alias regina, comeſq; M Præcellentiũ forma.
Pelides. ¶ quales Siculæ ſub rupibus ætnæ
Naiades, æternæas inter Diana, feroxq;
Pallas, & Elyſii lucebat ſponſa Tyranni.

Exẽ Pẽthei ad Achillẽ.

¶ Rupitq; choros, et plurima turbat. N Indignãtis ludere.
Sic indignantem Thyrſos, acceptaq; matris
Tympana, iã truces ſpectabãt pẽthea Thebæ.

Exēp. Leonis manſuefacti, ad Achillem.

Totoq; in pectore Troia eſt. O
¶ Vt Leo materno quũ raptus ab hubere, mores Redeũtis ĩ priſtinã naturam: ac mores.
Accepit, pectiq; iubas, hominemq; uereri
Edidicit, nullaſq; ruit niſi iuſſus in iras.
Si ſemel aduerſo radiauit lumine ferrum:
It iurata fides, domitorq; inimicus, in illum
Primas fames, timidoq; pudet ſeruire magro.

Exẽp. mundanę molis quꝫ i ſeipſam ruituræ, ad Ro. Impiũ ſuis uiribus.i. ciuili bello cõfractũ.

NEC ſe Roma ferẽs. ¶ ſic cum compage ſoluta.
Sæcula tot mundi ſuprema coegerit hora.
Antiquũ repetens iterũ chaos, omnia mixtis
Sidera ſideribus concurrent, ignea pontum
Aſtra petent, tellus extendere littora nolet,
Excutietqꝫ fretum; fratri contraria Phœbe
Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem
Indignata, diem poſcet ſibi, totaqꝫ diſcors
Machina diuulſi turbabit fœdera mundi.
In ſe magna ruunt, &c.

A Magnarũ rerum ſuo pondere pereuntium.

Exẽ. Iſthmi corinthiaci ad Craſſũ iter Cæſ. et Pomp.

Sola futuri
Craſſus erat belli medi9 mora. ¶ q̃liter undas
Qui ſecat, & geminũ gracilis mare ſepat iſthmos.
Nec patiť cõferre fretũ, ſi terra recedat.
Ionium ægęo franget mare, &c.

B Diuiſionis, uel rei dirimẽtis duo extrema.

Stat magni nominis umbra.

Exẽ. arboris uetuſtæ, radice carẽtis, ad Põp.

¶ Qualis frugifero quercus ſublimis in agro,
Exuuias ueteres populi, ſacrataqꝫ geſtans
Dona ducũ, nec iam ualidis radicibus hærẽs,
Pondere fixa ſuo eſt, nudoſqꝫ ꝑ aera ramos
Effundens, trunco, nõ frõdibus efficit umbrã.
Sed quãuis primo nutet caſura ſub Euro,
Tot circum ſiluæ firmo ſe robore tollant.
Sola tamen colitur, &c.

C Veteris ducis fracti, et rebus tantũ geſtis clari.

Gaudenſqꝫ uiam feciſſe ruina.

Exē.fulmi/nis,ad Cæſ.

D

Ducis Iu/nioris oīa impetu ſtet nentis.

¶ Qualiter expreſſum uētis per nubila fulmē.
Aetheris impulſi,ſonitu,mundiq; fragore
Emicuit,rapuitq; diem,populoſq; pauentes
Terruit,obliqua per ſtringēs lumina flamma.
In ſua templa furit,nullaq; exire uetante
Materia,magnāq; cadens,magnāq; reuertens
Dat ſtragem late,ſparſoſq; recolligit ignes.

Exēp. Leo/nis uulnere laceſſiti, ad Cæſ.in trā/ſitu rubico nis.

E

Verētis pri mo piculū ſubire, de/inde ſtati irruentis.

Inde moras ſoluit belli,tumidūq; per amnem.
Signa tulit propere. ¶ ſicut ſqualletibus aruis
Aeſtiferæ Libyes uiſo Leo cōminus hoſte
Subſedit dubius,totam dū colligit iram.
Mox ubi ſe ſæuæ ſtimulauit uerbere caudæ
Erexitq; iubas,uaſto et graue murmur hiatu
Infremuit,tum torta leuis ſi lancea mauri
Hæreat,aut latū ſubeant uenabula pectus.
Per ferrum tanti ſecurus uulneris exit.

Exē.lapidis in torti,et ſagittæ, ad eundem.

F

Celeritatis

¶ Noctis tenebris rapit agmina ductor
Impiger,& torte balearis uerbere fundæ.
Ocior,et miſſa parthi poſt terga ſagitta.
Vox nulla dolori

Exēp. tpis hiberni, et maris, ad ariminēſes gementes, ac tacentes pp Cæſ.

G

Silentii.

Credita, ¶ ſed q̄tū uolucreſcū bruma coercet
Rura ſilēt,mediuſq; tacet ſine murmure pōtus,
Tanta quies,&c.

Exēp. equi excitati, ad Cæſ. ob Cu rionem.

H

Hortantis hoīem p ſe iā pnum.

Tantum tamen addidit iræ,
Accenditq; ducē. ¶ quātum clamore iuuatur
Elæus ſonipes,quāuis iam carcere clauſo
Immineat foribus,pronuſq; repagula laxet.

¶ Vtq;

Exemp. Tygridis aſſuetæ cruori, ad Pomp.

¶ Vtq; feræ Tygres: nunq̃ poſuere furorem.
Quas nemorũ hircano, matrũ dũ luſtra ſequũt̃,
Altus cæſorum pauit cruor armentorum.
Sic et Syllanum ſolito ter lambere ferrum
Durat magne ſitis, &c.

I Perſeuerātis in priſtino more.

Exēp. uenti inter ſiluas reboantis, ad milites Cæſ.

It tantus ad æthera clamor.
¶ Quantus, piniferæ Boreas cũ thracius Oſſæ
Viribus incubuit, curuato pondere preſſæ,
Fit ſonus, aut rurſum redeũtis in æthera ſyluę.

K Clamoris.

Exēp. nautæ in tempeſtate, ad Romanos.

¶ Qualis cum turbidus auſter
Repulit a Libycis īmēſum Syrtibus æquor:
Fractaq;ueliferi ſonuerunt pondera mali,
Deſilit in fluctus deſerta puppe magiſter,
Nautaq;, & nondũ ſparſa compage carinæ.
Naufragium ſibi quiſq; facit, ſic urbe relicta
In bellum fugitur, &c.

L Linquētiũ patriã i bello nondũ captam.

Exē. thebanæ noctis, ad ꝓdigiũ ſolis i bell. ciuili.

Genteſq; coegit.
Deſperare diem, ¶ qualē fugiente ꝑ ortus
Sole, Thyeſteæ noctem duxere micenæ.

M Diei caligātis ablato ſole.

Exē. aliorũ furorũ, ad urbē Ro.

Ingens Vrbem cingebat Erymnis.
¶ Thebanam qualis agauem
Impulit, aut ſæui contorſit tela Lycurgi
Eumenis, aut qualem iuſſu Iunonis iniquæ
Horruit Alcides, uiſo iam Dite, Megæram

N Furiæ urbē occupātis.

¶ Qualis in uertice pindi

Exép. Bacchiæ, ad fœminá Románá.

Aedonis Ogygio decurrit plena Lyæo.
Talis et attonitam rapitur matrona per urbē.

O Furētis mulieris.

Ex Lib. II. Lucani.

Exép. funeris nondū defleri, ad Romanos.

Magnuſq; per omnes.
Errabat ſine uoce dolor. ℭ ſic funere primo
Attonitæ tacuere domus, cū corpora nondum
Conclamata iacent, nec mater crine ſoluto
Exigit ad ſæuos famularum brachia plāctus.
Sed quū mēbra premit fugiente rigentia uita,
Vultuſq; exanimes, oculoſq; in morte minaces
Nec dū ē ille dolor, ſed iā metus īcubat amēs,
Miraturq; malum.

P Silentii in dolore.

Exép. uario ad Ro. Syllæ tpe.

Cognoſcitur illic.
Quicqd ubiq; iacet ſcelerū. ℭ nō thracia tātū
Vidit biſthonii ſtabulis pendere tyranni.
Poſtibus Anthæi Libyæ, nec græcia mœrens
Tot laceros artus piſæa uidit in aula.

Q Loci cædibus inqnati

Exép. naufragio pereuntiū, ad corpus Marii.

ℭ Nec magis informes ueniunt ad littora trunci.
Qui medio periere freto.

R Cadaueris laceri.

Exép. ſiderū, ad Catonem.

Melius tranquilla ſine armis
Ocia ſolus ages. ℭ ſicut cœleſtia ſemper
Inconcuſſa ſuo uoluuntur ſidera lapſu.

S Ocioſæ uitæ.

Exép. parētis i filiorū obitu, ad eundē pro patria.

Securo me Roma cadat. ℭ ceu morte parētem
Natorum orbatum, longum producere funus
Ad tumulū iuuat ipſe dolor, iuuat ignib9 atris
Inſeruiſſe manus, conſtructoq; aggere buſti
Ipſum atras tenuiſſe faces.

T Sequentis patriæ ruinam.

Pronior

Exẽ. maris inter duos uentos,ad Rom.inter duces.

Pronior in magnũ populus,pugnatq; minaci
Cũ terrore fides. ¶ ut cũ mare poſſidet auſter
Flatibus horriſonis,hũc ęquora tota ſequunt̃.
Si rurſus tellus pulſu laxata tridentis
Aeolii,tumidis immittat flatibus eurum.
Quãuis icta nouo,uentũ tenuere priorem
Aequora,&c.

V At ĩ priorẽ affectum pnioris.

Exẽp. Tauri,ad Põp.

¶Pulſus ut armentis primo certamine Taurus
Siluarum ſecreta petit,uacuoſq; per agros
Exul in aduerſis explorat cornua truncis.
Nec redit in paſtus,niſi quũ ceruice recepta
Excuſſi placuere tori,mox reddita uictor
Quoſlibet ĩ ſaltus comitãtibꝰ agmina Tauris
Inuito paſtore trahit,ſic uiribus impar
Tradidit heſperiam,&c.

X. Pulſi,ac cedentis.

Omnia pontus
Haurit ſaxa uorax,&c.

Exẽ. maris ægæi&c.ad portũ Brũduſii.

¶ Vt maris ægęi medias ſi celſus in undas
Depellatur Erix,nullæ tamen æquore rupes,
Emineant,uel ſi conuulſo uertice gaurus.
Decidat in fundum penitus ſtagnãtis auerni.

Y Loci ꝓfundi oĩa abſorbẽtis.

Exẽp. põtis a Xerxe facti,ad opus Cæſ.

¶Tales fama canit tumidũ ſup̃ æquora Xerxẽ.
Cõſtruxiſſe uias,multum cũ pontibus auſus.
Europãq; Aſiæ:ſeſtõq; admouit abydo:
Inceſſitq; fretum rapidi ſuper helleſponti.
Nõ Eurũ,Zephyrũq; timens,cũ uela,rateſq;
In medium differret Athon,ſic ora profundi
Arctantur caſu nemorum.

Z Opis marĩtimi ingentis.

Exē. Argo nauis dimi nutæ, ad claſſem Pō pei.

Cætera claſſis abit, ſūmis ſpoliata carinis.
¶ Vt pagalea ratis peteret quū phaſidos undas.
Cyaneas tellus emiſit in æquora cautes.
Rapta puppe minor ſubducta ē mōtib9 argo,
Vanaqꝫ percuſſit pontū ſymplegas inanem,
Et ſtatura redit.

A Vitantis pe riculū' par/ te amiſſa.

Ex Lib. III. Lucani.

Exēp. uēti, ad exercitū Cæſ.

¶ Ventus ut amittit uires, niſi robore denſæ
Occurrant ſiluę: ſpatio diffuſus inani.
Vtqꝫ perit magnus nullis obſtantibus ignis.
Sic hoſtes mihi deeſſe nocet. (inquit Cæſ.

B Viriū ſi ni/ hil obſtet, deficienciū

Exēp. rupis mōtanę, ad idem in ob ſidiōe Maſ ſiliæ.

At ſaxum quoties ingenti uerberis ictu
Excutitur. ¶ qualis rupes, quā uertice montis
Abſcidit impulſu uentorum adiuta uetuſtas.
Frangit cuncta ruens.

C Impetus ſa xi ruentis.

Exēp. tecti, cadēte grā dine, ad Te ſtudinē.

Dum fuit armorū ſeries, ¶ ut grandine tecta
Innocua percuſſa ſonant, ſic omnia tela
Reſpuit, &c.

D Teſtudinis bellicæ, uel ſuſtinentis ictus telorū

Exē. maris, et uentorū, ad puppes.

¶ Vt, quoties æſtus Zephyris, euriſqꝫ repugnat.
Huc abeunt fluctus, illuc mare, ſic ubi puppes
Sulcato uarios duxerunt gurgite tractus.
Quod tulit illa ratis remis, hoc repulit æquor.

E Repugnan tium ſibi in uicem.

Ex Lib. IIII. Lucani.

Exē. glacia lis plagæ, ad cœlum Ilerdæ Hiſp. urbis.

Rerum diſcrimina miſcet
Deformis cœli facies, iunctæqꝫ tenebræ.
¶ Sic mundi pars ima iacet: quā Zona niualis
Perpetuæqꝫ premunt hyemes, nō ſidera cœlo
Vlla uidet

F Caligantis diei et ob/ ſcuri aeris.

Vlla uidet,ſterili non quicq̃ frigore gignit.
Sed glacie medios ſignorũ temperat ignes.

Exẽp.uario ad milit. Cæſ.

¶ Sic Venetus ſtagnante Pado, uiſoq; Britãnus
Nauigat oceano,ſic cum tenet omnia Nilus.
Conſeritur bibula memphitis Cymba papyro,

G Nauigãtiũ breui cym/ba ſtagnantes aquas.

Exẽp. fera/rũ cicurũ, ad eoſdẽ.

¶ Sic ubi deſuetæ ſiluis in carcere clauſo
Manſueuere feræ,& uultus poſuere minaces,
Atq; hoĩes didicere pati,ſi torrida paruus
Venit in ora cruor:redeunt rabieſq;, furorq;,
Admonitæq; tument guſtato ſanguine fauces,
Feruet,& a trepido uix abſtinet ora magiſtro.

H Redeuntis ad priſtinã naturam.

Inde ubi nulla data eſt miſcendi copia Martis.
Paulatim cadit ira ferox,menteſq; tepeſcunt.

I Viriũ ſine obice lan/guentium.

Exẽp. hoĩs uires amit tentis, ad milites Af/franii frigeſcente uul/nere.

¶ Saucia maiores animos ut pectora geſtant,
Dum dolor eſt,ictuſq; recens,& mobile neruis
Conamen calidus præbet cruor, oſſaq; nondũ
Adduxere cutem,ſi conſcius enſis adacti
Stat uictor,tenuitq; manus,tum frigidus artus
Alligat,atq; aĩum ſubducto robore torpor.
Poſtq̃ ſicca rigens aſtrinxit uulnera ſanguis.

Puteuſq; cauati
Montis,ad irrigui premitur faſtigia campi.

Exẽp. ſcru/tantis aurũ in ueniſ ter/ræ, ad eoſ/dem.

¶ Non ſe tam penitus,tam longe luce relicta.
Merſerit Aſſyrii ſcrutator pallidus auri.

K Fodiẽtium arua ob ſi/tim.

¶ Sic dum pauidos formidine Ceruos

Exép. uenatoris, ad Octauium Pópeianū.

Claudat odoratæ metuentes aera pennæ.
Aut dum diſpoſitis attollit retia uaris
Venator, tenet ora leuis clamoſa moloſſi,
Spartanos, cretaſq; ligat, nec creditur ulli
Silua cani, niſi qui preſſo ueſtigia roſtro
Colligit, & præda neſcit latrare reperta,
Contentus tremulo monſtraſſe cubilia loro.

L Callide circūuenietiū hoſtes.

Exép. terrigenarū ex draconis ſemine, ad milit. Cæſ.

¶ Sic ſemine cadmi
Emicuit dircæa cohors, ceciditq; ſuorum
Vulneribus, dirum thebanis fratribus omen.
Phaſidos et campis inſomni dente creati
Terrigenæ, miſſa magicis e cantibus ira.
Ipſaq; in expertis, quod primū fecerat, herbis
Expauit Medea nephas, ſic mutua pacti
Fata cadunt iuuenes, &c.

M Pluriū ſeſe mutuo iterimentiū.

Exép. Aſpidis deceptæ ad Curionē in Africa.

¶ Aſpidas ut pharias cauda ſollertior hoſtis
Ludit, et iratas incerta prouocat umbra.
Obliquanſq; caput uanas ſerpentis in auras
Effuſæ toto comprendit guttura morſu.
Lethiferā citra ſaniem, tunc irrita peſtis
Exprimitur, fauceſq; fluunt pereunte ueneno.

N Circūuenti hoſtibus, ut ſupra.

Exép. eiuſdē cōmoti, in Thracia, ad Africæ campum.

Tum campi tremuere ſono, terraq; ſoluta.
¶ Quantus biſtonio torquetur turbine, puluis
Aera nube ſua texit, traxitq; tenebras.

O Pulueris excitati.

Ex Lib. V. Lucani.

Exé. ætnæi ignis, et Typhęigig. ad dei numē.

Hoc ubi uirgineo conceptum e pectore numē
Humanam feriens aīam ſonat, oraq; uatis
Soluit.

P Numinis uatem præmentis.

Soluit. ¶ ceu ſiculus flãmis urgentibus ætnam
Vndat apex, Cãpana fremẽs ceu ſaxa uaporat
Conditus inermes æterna mole Typhæus.

Exẽp. Sibyllæ cumanæ ad Pythiam ab Apio cõſultam.

Nec tantum prodere uati,
Quantum ſcire licet, uenit ætas oĩs in unam.
Congeriem, &c.
¶ Talis in euboico uates cumana receſſu.
Indignata ſuũ multis ſeruire furorem
Gentibus; ex tanta fatorum ſtrage ſuperba
Excerpſit Romana manu.

Q Vatis dũ numine pmiſſ, fere oĩa uidentis.

Exẽ. maris, ad candẽ.

Nec feſſa quieſcunt.
Corda, ¶ ſed ut tumid9 Boreę poſt flaĩa põt9
Rauca gemit, ſic multa leuant ſuſpiria uatem.

R Ai poſt furorẽ nõdũ qeſcẽtis.

Exẽp. æquoris, et fluminũ, ad Cæſ. et milites.

¶ Veluti ſi cuncta minentur
Flumina, quos miſcẽt pelago, ſubduceř fontes.
Non magis ablatis unq̃ deſcenderet æquor,
Quã nũc creſcit aquis, an uos momẽta putatis
Vlla dediſſe mihi?

S Magnæ ſũmæ dãnũ ptium non ſentientis.

Exẽp. gruũ uolatuum, ad naues Cæſ.

Sed nox ſæua modum uẽti, ueliq; tenorem
Eripuit nautis, excuſſitq; ordine puppes.
¶ Strimona ſic gelidũ bruma pellente relinquũt
Poturæ te nile grues, primoq; uolatu
Effingunt uarias caſu monſtrante figuras.
Mox ubi percuſſit denſas notus altior alas.
Cõfuſos temere ĩmixtæ glomerãtur in orbes.
Et turbata perit diſperſis litera pennis.

T Ordis nautici tẽpeſtate diſrupti.

Ex Lib. VI. Lucani.

Exẽ.Britanni,&Siculi, ad Pomp.

Prima quidem ſurgens operũ ſtructura fefellit
Pompeiũ, ¶ ueluti mediæ qui tutus in aruis
Sicaniæ, rabidũ neſcit latrare, pelorum.
Aut uaga cũ Tethys, rutupinaq; littora feruẽt.
Vnda Calidonios fallit turbata Britannos.

V
Medii ignorãtis extrema.

At tantum ſepti uallo ſibi uendicat agri.

Exẽ.duorũ locorũ, ad uallũ Cæſ.

¶ Parua Myceneæ quantum ſacrata Dianæ
Diſtat ab excelſa nemoralis Aricia Roma.
Quoq; mõ Romæ prælapſus mœnia tybris,
In mare deſcendit, ſi nũq̃ torqueat amnem.

X
Spacii, uel diſtantiæ.

Exẽp.locorũ iſectorũ ad caſtra Pomp.

Traxit iners cœlum fluidæ contagia peſtis
Obſcurã in nubẽ. ¶ tali ſpiramine Neſſus
Emittit ſtygiũ nebuloſis aera ſaxis.
Antraq; letiferi rabiem Typhonis anhelant.

Y
Cœli peſtilentis.

Exẽp. claſſici, ad Sceuã milit. Cæſ.

Mouit tantum uox illa furorem.
¶ Quantũ non primo ſuccendũt claſſica cantu.

Z
Hortantis, ad pugnã.

Exẽp.pardi ad eundẽ.

Non ſegnior extulit illum
Saltus, & in medias iecit ſuper arma cateruas.
¶ Quã per ſumma rapit celerẽ uenabula pdum.

A
Salientis in hoſtes.

Exẽp. Elephãtis Libyci, ad eundem.

Denſamq; ferens in pectore ſiluam
Iam gradibus feſſis, in quẽ cadat eligit hoſtẽ.
¶ Par pelagi monſtris, Libycæ ſic bellua terræ
Sic Libycus dẽſis Elephas oppreſſus ab armis.
Omne repercuſſum ſqualenti miſſile tergo,
Frangit,

B
Militis undiq; ſaucii, & reſiſtẽtis.

Frangit,& hærentes mota cute diſcutit haſtas.
Viſcera tuta latent penitus,citraq; cruorem
Confixæ ſtant tela feræ:tot facta ſagittis,
Tot iaculis unam non explent uulnera mortē.

Telumq; ſuo cum lumine calcat.

Exēp. Vrſæ ad eundē.

¶ Pannonis haud aliter poſt ictū ſæuior Vrſa:
Cum iaculum parua Libys amētauit habena.
Se rotat in uulnus,telumq; irata receptum
Impetit,& ſecum fugientem circuit haſtam.

C Vellētis ſibi tela, et calcātis ex ira.

Intra clauſtra piger dilato Marte quieuit.

Exē. maris obſtāre ſcopulo, ad Pomp.

¶ Quam mare laſſatur,cum ſe tollentibus euris.
Frangētem fluctus ſcopulū ferit, aut latus alti
Montis adeſt,ſeramq; ſibi parat unda ruinam.

D Conatus irriti.

Exēp.padi, ad eundē.

¶ Sic pleno padus ore tumens, ſup aggere tutas
Excurrit ripas,& totos concutit agros.
Succubuit ſiqua tellus, cumulūq; furentem
Vndarū nō paſſa ruit,tum flumine toto
Tranſit,& ignotos aperit ſibi gurgite campos.
Illos terra fugit dominos,his rura colonis
Accedunt donante pado.

E Exeuntis in aperta.

Exē.nautæ, ad Torquatum.

Torquato ruit inde minax, qui Cæſaris arma
Segnius haud uidit. ¶ q̄ malo nauta trementi
Omnia circęæ ſubducit uela procellæ.

F Timētis hoſtis incurſū

Exēp.pcellæ ętneę,ad Pōp. i Cæſ.

Effuditq; acies obſeptum magnus in hoſtem.
¶ Non ſic ætnęis habitans in uallibus horret.

G Obruentis hoſtē agmine.

Encelado ſpirante notum,quũ tota cauernas
Egerit,et torrens in cãpos defluit Aetna.

Marcentes intus tenebræ, pallenſq; ſub antris
Longa nocte ſitus,&c.
¶ Non ſ.nareis ſic faucibus aer
Sedit iners,mœſtum mundi confine latentis,
Ac noſtri,quo non metuunt emittere manes
Reges tartarei.

Ex. Tænari ubi ad iferos aditus ad locum Theſſaliæ magicũ.

H Loci obſcuri,horrẽtis.

Ex Lib. VII. Lucani.

Et arma
Permittit populis,frenoſq; furentibus ira
Laxat,&c. ¶ ut uictus uiolento nauita coro
Dat regimen uentis,ignauũq; arte relicta
Puppis onus trahitur,&c.

Exẽ. nautæ ad Põp. in milites,

I Inuito aio aliquid p/mittentis.

Si liceat ſuperis hoĩum cõferre labores.
¶ Non aliter phlegra rabidos tollente gigantes
Martius incaluit Siculis incudibus enſis.
Et rubuit flãmis iterum neptunia cuſpis.
Spiculaq; extenſo Phœbus Phytone recoxit,
Pallas gorgoneos diffudit in ægida crines.
Pallenæa Ioui mutauit fulmina cyclops.

Exẽ deorũ i bello phlegræo, ad Pomp.

K Arma parãtium ad pugnam.

Quacũq; uagaẽ (ſ.Cæſ.
¶ Sanguineum ueluti quatiens bellona flagellũ,
Biſtonas aut Mauor agitans,ſi uerbere ſæuo
Palladia ſtimulet turbatos ægide currus.
Nox ingens ſcelerum,et cædes oriuntur,&c.

Exẽ.Bellonæ et Martis ad Cæſ.

L Ducis ſuos exaſperãtis i pugnam.

Omnes in Cæſare manes.

¶ Haud

Exép.uario ad Cæſaré.

¶ Haud alios,nōdū Scythica purgatus in ara,
Eumenidum uidit uultus Pelopeius Horeſtes,
Nec magis attonitos animi ſenſere tumultus:
Quū fureret pentheus,aut cū deſciſſet Agaue.

M Furore agitati.

Ex Lib. VIII. Lucani.

Exép. aurigę circamerá.ad nautá Pōpeii.

¶ Non ſic moderator equorum
Dexteriore rota leuum cum circuit axem.
Cogit inoffenſæ currus accedere metæ.

N Caute nauigantis.

Exé.elemétorū,ad utile,et honeſtum.

¶ Sidera terra.
Vt diſtant,& flāma mari,ſic utile recto.

O Diſtantiæ.

Ex Lib. IX. Luca.

Exép. eorū dé igniū in Apulia, ad buita in Pō peio excitata.

¶ Sic ubi de paſtis ſummittere gramina cápis,
Et renouare parans hibernas appulus herbas,
Igne fouet terras,ſimul et garganus,& arua
Vulturis,et calidi lucent buxeta Matini.

P Igniū accēſorum.

Dixit,et omnes
Haud aliter medio reuocauit abęquor puppes.

Exép. apū, ex ſonitu, ad cilices abeuntes.

¶ Quā,ſimul effœtas linquunt examina cæras:
Atq; oblita faui,non miſcent nexibus alas,
Sed ſibi quæq; uolat,nec iam deguſtat amarū
Diſidioſa thymū,phrygii ſonus increpat æris,
Attonitæ poſuere fugam,ſtudiūq; laboris
Floriferi reperunt,et ſacri mellis amorem.
Gaudet in hyblæo ſecurus gramine paſtor
Diuitias ſeruaſſe caſæ,&c.

Q Reuocātis iā diſcedētes.

Exép. ignis et fumi, ad uētos Africæ.

Volitantq; a culmine raptæ
De tecto garamáte caſæ. ¶ nō altius ignis.

R Pulueris iactū excitati, uel altitudinis.

Rapta uehit, quantũq; licet cõ ſurgere fumo,
Et uiolare diem, tantum tenet aera puluis.

Exẽp. niuis et cæræ, ad mil. a ſerpẽte morſũ.

Colla, caputq; fluũt. ¶ calido nõ ocius auſtro
Nix reſoluta cadit, nec ſolẽ cæra ſequetur.

S Corporis liqueſcentis ex ueneno.

Nec lorica tenet diſtanti corporis auctũ.

Exẽ. Aheni et uelorum ad alium.

¶ Spumeus accenſo nõ ſic exundat aheno.
Vndarum cumulus: nec tãto carbaſa coro
Curuauere ſinus: tumidos iã non capit artus
Informis globus, &c.

T Tumeſcentis ex ueneno.

Exẽ. Croci ad alium ſimiliter.

¶ Vtq; ſolet pariter totis effundere ſignis
Corycii preſſura croci, ſic omnia membra
Emiſere ſimul rutilum pro ſanguine uirus.

V Fundentis ſanguinẽ e toto corpe.

Exẽp. poculi uenenati ad uim ſerpẽtis in Leuo milite.

Subita caligine mortem
Accipis, & ſtygias ſomno deſcẽdis ad undas.
¶ Non tam ueloci corrũpunt pocula Letho,
Stipite quæ diro uirgas mentita ſabæas.
Toxica ſacrilegi carpunt matura ſabæi.

X Statim morientis ex motu ſerpẽtis.

Exẽp. fũdæ et ſagittæ, ad iaculum ſerpentem.

Nil ibi uirus agit: rapuit cum uulnere fatum,
¶ Depræhenſum eſt: q̃ funda rotat, q̃ lẽta uolarẽt,
Quã ſegnis Scythicæ ſtrideret arũdinis aer.

Y Velocitatis

Exẽp. Aqlę ad Pſyllos Africæ populos.

Læthifica dubios explorant aſpide partus.
¶ Vtq; Iouis uolucer calido cum ꝓtulit ouo
Implumes natos, ſolis conuertit in ortus.
Qui potuere pati radios, & lumine recto,

Z Explorãtis natos.

Suſtinuere

Suſtinuere diem, cœli ſeruantur in uſus,
Qui Phœbo ceſſere: iacent, ſic pignora gentis
Pſyllus habet, &c.

Ex Lib. X. Lucani.

Exēp. Helenæ, ad Cleopatram.

¶ Quantum impulit agros,
Iliacaſq; domos facie ſpartana nocenti,
Heſperios auxit tantum Cleopatra furores.

A Impudicæ mulieris, uī formæ exitialis, ac perniciosæ.

Exēp. eiuſdē menſæ nō alias inuiſæ, ad mēſā Cleopatræ.

Sectoſq; Atlantide ſilua
Impoſuere orbes. ¶ quales ad Cæſaris ora
Nec capto uenere Iuba.

B Mēſę citreę pciosiſſimę

Exē. agminis militaris, ad Alexandrinos.

Acies non ſparſa maniplis
Nec uaga cōſpicitū, ¶ ſed iuſtos q̄lis ad hoſtes
Recta fronte uenit.

C Aciei iſtructæ.

Et timet incurſus, indignaturq; timere.

Exēp. Leonis, et flammæ, ad Cæſarē ī aula Ptolemæi īcluſum.

¶ Sic fremit in puis fera nobilis abdita clauſtris.
Et frangit rabidos præmorſo carcere dentes.
Nec ſecus in ſiculis fureret tua flāma cauernis,
Obſtrueret ſummā ſi quis tibi Mulciber ætnā.

D Indignātis includi.

Exēp. pueri et fœminæ ad eundē.

¶ Ceu puer imbellis, ceu captis fœmina muris.
Quærit tuta domus, ſpē uitæ ī limine clauſo.
Ponit, &c.

E Quærētis ſalutē, in latebris.

Exēp. Medeæ fratrē occidentis, ad Cæſ.

Miſſuruſq; tuū, ſi nō ſint tela, nec ignes. (chis
In famulos Ptolemææ caput. ¶ ſic barbara col
Creditur, ultorem metuens regniq;, fugæq;.
Enſe ſuo, fratriſq; ſui ceruice parata.
Expectaſſe patrem.

F Tuentis ſe amicorum cede uel crudelitatis.

Exẽ. uario ad Aegy/ ptũ pp cæſ.

Tot mõſtris ęgypte nocẽs. ¶ nõ theſſala tellꝰ,
Vaſtaq; regna Iubæ,nõ pontus,& impia ſigna
Pharnacis, et gelido circũfluus orbis Ibero
Tantũ auſas ſcelerũ,nõ ſyrtis barbara , quãtũ
Delitiæ fecere tuæ.

H Loci ſcele/ ſtiſſimi.

Exẽp.lãpa/ dis aereæ, ad flãmam ægyptiis in iectã a Cæſ.

Et cladem fouere noti,percuſſaq; flamma
¶ Turbine non alio motu per recta cucurrit:
Quã ſolet æthereo lampas decurrere ſulco,
Materiaq; carens,atq; ardens aere ſolo.

I Incẽdii in ꝓpinqua ex currentis.

VALERII FLACCI COMPARA TIONES EX LIB.I.

Fxẽp. tubæ ad matrẽ Iaſonis in diſceſſu fi/ lii.

VOX tamen Alcimedes plãtus
ſuperemiñet omnes.
Fœmineis tantũ illa furens ulu
latibus obſtat,
¶ Obruit idæam quantũ tuba
Martia buxum.

A Fletus ma/ ximi.

Exẽp.uenatoris tygridis Catulos ꝑdantis, ad Iaſona.

Ardenti æſonides retinacula ferro
Abſcidit,¶ haud aliter ſaltus,uaſtataq; ꝑnix
Venator cũ luſtra fugit,dñoq; timentem
Vrget equũ,teneras cõplexus pectore tygres:
Quas aſtu rapuit pauido,dũ ſæua relictis
Mater in aduerſo catulis uenatur Amano.

B Celeritatis

Exẽp.ſacerdotis ruſti/ci in ira dei ſedãda, ad Iaſona pro minyis.

Dixerat hæc, orit̃ clamor, dextraq; ſequentũ
Verba ducis. ❡ ſic cũ ſtabulis, et meſſibꝰ ingẽs
Ira deum, & Calabri populator Syrius arui
Incũbit, coit agreſtũ manus anxia priſcum
In nemus, & miſeris dictat pia uota ſacerdos.

C Orãtis pro cõi ſalute.

Exẽp.Iouis cui parent oĩa: ad Ty/phim argo nauis re/ctorem.

Typhis agit, taciti q; ſedent ad iuſſa miniſtri.
❡ Qualiter ad ſummi ſoliũ Iouis, omnia circum
Prona, parata deo, uentiq;, imbreſq;, niueſq;,
Fulguraq;, et tonitrus, & adhuc ĩ fõtibꝰ amnes.
Fremit obice ponti
Clauſa cohors, &c.

D Obſequii: et obedientiæ.

Exẽ.Cretẽ/ſiũ: ad Dę/dalum: ad Peliã in Ia/ſona.

❡ Haud ſecus æriſona uolucer cũ Dedalus ida
Proſiluit, iuxtaq; comes breuioribus alis.
Nube noua linquente domos, Mineia fruſtra
Infremuit manus, et uiſu laſſatur inani
Omnis eques, pleniſq; redit Gortina pharetris

E Fruſtra iſe/quentiũ iã tutos.

Exẽ.Biſto/nũ populorũ: et Licurgi: ad Pe/lian.

Itq; reditq; fremens, rerumq; aſperrima uerſat.
❡ Biſtonas ad meritos cũ cornua ſæua thyone
Torſit, & infœlix iam mille furoribus hæmus,
Iã rhodopes nemora alta gemũt. Talẽ ĩcita lõ
Porticibus, cõiũx q; fugit, natiq; lycurgũ. (gis

F Furentis,

Exẽ. leonis nimis aſtricti, ad æſo/na ſenem.

Subitiſq; pauens circũſpicit æſon
Quid moueat. ❡ quã multa leo cũctat̃ ĩ arcta
Mole uirum, rictuq; genas, & lumina preſſit.

H Dubitantis qd agat in periculo.

Exẽp.uiatoris nocte ti/mentis, ad minyas.

Ex Lib. II. Valerĩ.
Ipſa quies rerum, mundiq; ſilentia terrent.
Aſtraq;, & effuſis ſtellatus crinibus æther.

I Nocturni horroris.

¶ Ac ueluti ignota captus regione uiarum.
Noctiuagum qui carpit iter,non aure quieſcit,
Non oculis,noctiſq; metus,niger auget utrinq;
Campus,et occurrẽs umbris maioribus arbos.
Diſcumbitur altis

Exẽp. furiæ ad leniacas mulieres.
Porticibus,ſua cuiq; furens,feſtinaq; cõiunx,
Adiacet,¶ inferni qualis ſub nocte barathri
Accubat,attonitum phlegian,& Theſea iuxta
Tiſiphone: ſæuaſq; dapes,& pocula libat
Tormenti genus,& nigris amplectitur hydris.
K Vxorũ i uiros ſæuientiũ ĩ mẽſa.

Exẽp. equi tuba cõmoti,ad Iaſona.
¶ Haud ſecus æſonides monitis accẽſus amaris.
Quam bellator equus,lõga quẽ frigida pace
Terra iuuat,breuis in leuos piger angiẽ orbes.
Frena tñ,dominumq; uelit,ſi martius aures
Clamor,& obliti rurſus fragor impleat æris.
L Hoĩs admonitu excitati ad opus.

Exẽp. paſtorũ Tauro: ad minyas Heſione religatæ.
¶ Qualiter impleuit gemitu cũ Taurus acerbo
Auia,frangentem morſu ſuper alta Leonem
Terga ferens,coit e ſparſo concita Mapali
Agreſtum manus,et cæco clamore coloni.
M Accurrẽtiũ implorãtũ auxilium.

Exẽ.eboris, et marmoris,ad uultũ heſiones.
¶ Exanimum ueluti,multa tñ arte coactum
Mœret ebur,pariuſue notas,et noĩa ſumit
Cum lapis,aut liquidi referũt mirãda colores.
N Palloris: et aliorũ colorũ ĩ metu.

Exẽ.noti,et Africi uẽtorum,admõſtrũ littori adnatanti.
Trepidiſq; tuentem (ſ.caudam monſtri
Littoribꝰ,ſua cogit hyems. ¶ nõ fluctibꝰ æq;
Nubiferi uenit unda noti,nõ Africus alto
Tãtus ouat,patriiſq; manus cũ plenus habenis,
Orion
O Maris excitati cauda monſtri.

Orion bipedum ſlatu mare tollit equorum.

Exẽ. Boreæ uẽti, ad mõſtrũ marinum.

¶ Qualis ubi a gelidi Boreas cõuallibus hebri
Tollitur, & uolucres Riphæa ꝑ ardua nubes
Præcipitat, piceo nec dum tenet omnia cœlo.

P Magni impetus.

Exẽ. mõtis, ad idem.

Occupat Alcides arcũ, totaque pharetræ
Nube premit. ¶ nõ ille magis, q̃ ſede mouetur
Magnus Eryx, deferre uelint quẽ uallib9 ibres.
Vicinaque ſaxa

Q Grauitatis robuſtæ, ac reſiſtentis.

Exẽ. ſimilis ſaxi qđ Hercules cępit.

Reſpicit. ¶ et quãtũ uentis adiuta uetuſtas
Impulerit, pontiue fragor, tantũ abſcidit imi
Concutiens a ſede maris.

R Ingentis ſaxi.

Exẽp. Tauri ad Alciden deuictomõſtro.

¶ Qualis per paſcua uictor
Ingreditur, tũ colla tumens, tũ celſior armis
Taurus, ubi aſſueti pecoris ſtabula alta reuiſit.
Et patrium nemus, et bello quos ultus, amores.

S Supbe incedẽtis ex uictoria.

Ex Lib. III. Valerii.

Exẽp. tubarũ, ad uocẽ Panos dei ruſtici.

¶ Vox, oẽs ſuper una tubas, quā conus, et enſes,
Qua trepidis auriga rotis, nocturnaque maris
Clauſtra cadunt, &c.

T Voxmagnę et horrẽdæ

Exẽp. rerũ inferẽtium metũ, ad uocẽ ꝓdictã.

¶ Taleſque metus, non martia caſſis,
Eumenidũq; comæ, nõ triſtis ab æthere gorgõ
Sparſerit, &c.

V Ingẽtis metus.

Exẽ. Cẽtauri: et Athamantis, ad Cyzicũ regẽi minyas

¶ Qualis in Alciden, et Theſea Rhætus, iniqui
Nube meri: geminã pholoen, maioraque cernẽs
Aſtra, ruit: qualiſue redit uenatibus actis.

X Furentis, et numine attoniti.

Luſtra pater,triuiáq; canês, humeroq; learchũ
Aduehit,at miſeræ declinant lumina Thebæ.

Exẽp. Martis,ad Iaſona i portu Cicyci.

¶ Biſtonas in medios,ceu martius exilit aſtris
Currus,ubi ingentes aĩæ,clamorq;,tubæque
Sanguineæ iuuere deum.

Y Ducis alacrisi pugnãtis.

Exẽp.nubis imbri feræ, uẽtis nõ cedẽtis, ad argonautas p umbones iunctos.

¶ Cæruleo ueluti quũ Iuppiter agmine nubẽ
Conſtituit,certant Zephiri fruſtraq; rigentem
Pulſat utrinque notus,pendẽt mortalia lõgo
Corda motu,q͂bus ille fretis,q͂b9 icidat aruis.

Z Nõ cedẽtiũ in pugnã.

Exẽp.paſtoris flu.timẽtis, ad Corinthũ quẽdam.

Reſtitit ille gradu,ſeſeque a lumine ferri
Suſtinuit p͂ceps. ¶ ſubitũ ceu paſtor ad amnẽ
Spumantẽ nimbis,fluctuque arbuſta ruentẽ.

A Cõtinẽtis ſe metu hoſtis.

Exẽp.rupis nauibus infeſtæ: ad minyas.

¶ Ac ueluti in medio rupes latet horrida ponto,
Quã ſuper ignari nunq̃ uexere magiſtri
Præcipites impune rates,ſic agmine certo
Incurrit ſtrictis manus enſibus.

B Agminis obuios trucidantis.

Exẽ. Cometæ,ad phlegiã quẽdã.

Ecce grauẽ nodis,pinguiq; bitumine quaſſans
Lampada,turbata phlegias decurrit ab urbe.
¶ Quãtus ubi ĩmenſo p͂ſpexit ab ęther̃ typhon.
Igne ſimul,uentiſq; rubens,quẽ Iuppiter alte
Crine tenet,trepidant diro ſub lumine puppes.

C Fulgoris magni ex face.

Exẽp. ſiluæ cæſæ a ruſticis, ad Herculis ictus.

¶ Ac ueluti magna iuuenũ cũ denſa ſecuri
Silua labat,cuneiſq; gemit graue robur adactis
Iamque abies, piceæque ruũt,ſic dura ſub ictu
Oſſa

D Cædis magnæ.

Oſſa uirum, malæque ſonant, &c.

Exē. inarimes iſulæ, et Veſuuii montis, ad minyas pugnantes.

E Cædis nouiter creſcētis.

¶ Vt magis inarime, magis ut mugitor anhelat
Veſbius: attonitas acer cum ſuſcitat urbes.
Sic pugnæ crebreſcit opus.

Exē. Cæi in Iouē ſpirātis: ad Cizicū credētē minyas fuſos.

F Exultantis uana ſpe.

¶ Fundo ueluti quum Cæus in imo
Vincla Iouis fractoq; trahēs adamāte catenas
Saturnū, tityumq; uocat: ſpemq; ætheris amēs
Concipit, aſt illam fluuiis, & nocte remenſa
Eumenidū canis, & ſparſę iuba reppulit hydrę

Exēp. Agaues, ad minyas cum amicis pugnantes ex rore noctis

G Pudentis poſt agnitū ſtelus.

Illi aūt neq; adhuc gemitus, neq; cōſcia facti
Ora leuant, &c.
¶ Ceu pauet ad crines, & triſtia pentheos ora
Thyas: ubi impulſæ iam ſe deus agmine mr̄is
Abſtulit, et cæci uaneſcunt cornua Tauri.

¶ Qualiter arces.

Exē. Aegypti relictæ gruibus ad bithynios.

H Silentii.

Ad patrias auibus medio iam uere reuectis
Memphis, & aprici ſtatio ſilet annua Nili.

Exēp. aeris ſerenati nubeamota, ad minyas

I Ai poſt triſtia exhilarati.

¶ Iuppiter urgentem ceu ſumma ceraunia nubē
Cum pepulit, mouitq; iugis, fulſere repente
Et nemora, et ſcopuli, nitiduſq; reducere ęther
Sic animi rediere uiris.

Exē. ſtagni ſub radio lunæ, aut ſolis, ad fōtē quendā.

K Lucidi fontis.

¶ Stagna uaga ſic luce micāt, ubi cynthia cœlo
Proſpicit, aut medii tranſit rota cādida Phœbi
Tale iubar diffundit aquis.

Exẽ. nautæ et agricolę ad Herculẽ ob hylam amiſſum.

Tum uero & pallor, & amens
Cũ piceo ſudore rigor: ¶ ceu pectora nautis.
Congelat hiberni uultus Iouis, agricolisue,
Cũ coit umbra minax: comitis ſic afficit error
Alciden, &c.

L Stupẽtis ac pallẽtis ex amici caſu.

Exẽ. Leõis. ad eundẽ.

Ille ¶ uelut refugi quẽ cõtigit improba mauri
Lancea: ſanguineus uaſto leo murmure fert̃.
Frangit et abſentem uacuis ſub dẽtibus hoſtẽ.
Sic furiis accenſa gerens Tirynthius ora
Fertur, &c,

M Irati in abſentes.

Exẽp. uariorũ aĩaliũ, ad Leonẽ: et Tygrim, ad minvas in Herc.

¶ Saltibus in mediis tum demũ læta reducit
Cerua gregem, tũ geſtit aper, reboatq; ſupbis
Cominus urſa lupis, quũ ſe ſe martia Tygris
Abſtulit, aut curuo tacitus leo cõdidit antro.

N Minoris audẽtis in abſentẽ maiorem.

Exẽp. Leæ, ob natos: ad eundẽ.

¶ Non aliter gemitu quondã lea ꝑlis ademptæ
Terga dedit, ſedet in deuiis, incluſaq; longo
Peruigilant caſtella metu, dolor attrahit urbes
Interea, & miſero manat iuba ſordida luctu.

O Dolentis amiſſũ comitem, et quærentis.

Ex Lib. IIII. Valerii.

Exẽp. Auis nidi ruinã pauẽtis nec iuuantis ad Her. q̃rẽtẽ Hylã i ſomnis.

¶ Fluctus ab undiſoni ceu forte crepidine ſaxi
Cũ rapuit Halcyonis miſeræ, fœtũq;, larẽq;
It ſup ægra parẽs, queritq; tumẽtibus undis.
Certa ſequi, quocũq; ferat, audetq;, pauetq;.
Icta fatiſcit aq̃s donec dom⁹, hauſtaq; fluctu ẽ
Illa dolens uocemq; dedit, & ſuſtulit alis.
Haud aliter ſomni mœſtus labor, &c.

P Fruſtra cõnãtis i ſomnis, nec aſſequentis.

Non

Exẽ. Cyclopũ,ad Bebrycios.

Non fœdera legum
Vlla colunt,placidas aut iura tenentia mentes.

Q Immanis gẽtis, et populi efferi.

❡ Quales ætnæis rabidi cyclopes in antris
Nocte ſub hiberna ſeruant freta,ſicubi ſæuis
Aduectet ratis acta notis tibi pabula dira,
Et miſeras Polypheme dapes,ſic undiq; in oẽs
Proſpiciunt,curſantq; uias,qui corpora regi
Capta trahant,&c.

Exẽ.Panos dei flu.trãſeuntis:ad Pollucẽ in minyas.

❡ Qualiter ignotis ſpumantem finibus amnem
Pan dat iter,mox omne pecus formidine pulſa
Pone ſubit,iamq; et mediis præcedit ab undis.

R Præſtãtis ſecuritatem aliis in periculo.

Exẽ.ſcopuli,ad Amycũ regẽ Bebriciæ.

❡ Inſtar ſcopuli qui montibus altis
Summus abit,lõgeq; iugo ſtat ſolus ab omni.

S Proceritatis imenſæ.

Sanguineoſq; rotat funis ardentibus orbes.

Exẽp. Typhæi, ad deos iuniores, ad eundẽ pp Pollucẽ.

❡ Non aliter iam regna poli,iã capta typhæus
Aſtra ferens,Bacchũ ante acies,primãq; deorũ
Pallada,et oppoſitos doluit ſibi uirgĩs ãgues.

T Indignãtis cũ ipari pugnã inire.

Exẽp.turbinis uẽti,ad eundem.

Cõtinuo Bebryx. ❡ maleæ uelut arce fragoſa
Turbo rapax,uix ora uirũ,uix tollere paſſus.
Brachia,&c.

V Pugnantis impetu.

Exẽ. nautæ ſtrenui, ad eundem.

❡ Spumanti qualis in alto
Pliade capta ratis:trepidi quã ſola magiſtri
Cura tenet,rapidum uentis certantibus æquor
Intemerata ſecat,Pollux ſic prouidus ictus
Seruat,&c.

X Arte pugnantis.

Reſpirant ambo,paulumq; reponunt

Exēp. Martis qetē dātis pugnatoribus.

Brachia, ¶ ceu lapithas, aut pęonas ęquorī ĩ ipo
Cum refouet, fixaqꝫ ſilet gradiuus in haſta.

Y Reſpirātiū in pugna.

Exē. fabroꝝ et cyclopis aliqd cudētiū, ad pugiles pdictos

Auia reſpōſant gemitu iuga. ¶ puigil ut cum
Artificūqꝫ rotata manus, & fulmina Cyclops:
Proſubigit, pulſis ſtrepitant incudibus urbes.

Z Ingētis ſonitus.

Exē. mōtiū ad Amycū uictum.

